


SOC. PHARM LOND  
GUL. DALRYMPLE  
SEPTEMB. 7<sup>MO</sup> 1789





*Francis Bertram Dalrymple.*

29,576/B/2

2 vols in 1



Digitized by the Internet Archive  
in 2019 with funding from  
Wellcome Library



80001  
GULIELMI HUDSONI,

*Regiæ Societatis Socii et Pharmacopæi Londinensis,*

F L O R A

A N G L I C A ;

EXHIBENS

P L A N T A S

P E R

Regnum BRITANNIÆ sponte crescentes,

DISTRIBUTAS

Secundum Systema Sexuale :

C U M

DIFFERENTIIS SPECIERUM,  
SYNONYMIS AUCTORUM,  
NOMINIBUS INCOLARUM,  
SOLO LOCORUM,  
TEMPORE FLORENDI,  
OFFICINALIBUS PHARMACOPÆORUM.

---

T O M U S I.

---

EDITIO ALTERA, EMENDATA ET AUCTA.

---

LONDINI,

Impensis AUCTORIS :

Prostant Venales apud J. NOURSE, in the Strand.

---

M.DCC.LXXVIII.





NOBILISSIMO VIRO

HUGONI DUCI

NORTHUMBRIÆ,

ORDINIS PERICELIDIS EQUITI, &c.

ARTIUM TUM UTILIUM

TUM ELEGANTIORUM

JUDICI ET PATRONO,

HOC OPUS HUMILLIME DEDICAT

GULIEL. HUDSON.

THE  
1000

# EXHIBITION

1876

1876

1876

1876

1876

1876

## P R Æ F A T I O.

**P**AUCIS lectorem præfari necessarium duxi, tum ut eum admonerem quid in hac Florâ expectare debeat, tum ut notas quasdam compendii gratiâ usurpatas explicarem.

Fundamentum hujus operis quoad *Catalogum* Plantarum Raii synopsis agnoscitur, et agnosci debet; quantulum enim intactum reliquit vir ille diligentissimus, accuratissimus, et addere licet, sagacissimus, confitentibus tum popularibus suis, tum exteris; qui floram ejus inter optimas et perfectissimas uno ore numerant? si nullum igitur post ejus tempora augmentum accepisset ipsa scientia botanica, nihil pene pro plantis Anglicanis dignoscendis ulterius desideraretur, quam nova synopsis editio, cujus exemplaria hodie apud bibliopolas omnino non inveniuntur. At exortum est his diebus novum sidus, quod orbi botanico lucem affudit ne in somnis quidem antea

vifam ; magnus fcilicet ille Linnæus, qui partes plantarum minutiffimas, vel prius neglectas, vel non omnino obfervatas in confpectum producendo, plene illuftrando, et rite nominando fundamentum jecit novæ methodo fimplici, compendiofæ, certæ ; quam et constantiâ plane admirandâ toti regno vegetabili adhuc cognito feliciter applicuit.

Hunc igitur virum egregium quoad *methodum* per omnia, quatenus licuit, fecutus fum.

Effentiales characteres ex *Systemate Naturæ*, edit. XII. adduxi ; quando autem novum genus occurrebat, characterem naturalem ad ejus exemplar, prout in *Genera Plantarum* exhibetur, adjunxi.

Quoad Synonyma, ut vocantur, five Characteres Specificos, primo loco eos adhibui quos idem author in *Species Plantarum* dedit ; quotiefcunque certum fuit eum plantam descripfiffe ; aliter novum characterem, ejus veftigiis infiftens construxi ; poftea fynonyma adjeci ex Bauhini pinace, Raio, Gerardo, Parkinsono et variis authoribus hodiernis deprompta.

Nomina plerumque Anglica ex Raio, Gerardo, &c. appofui, quædam mutavi exemplo et hortatu Domini Stillingfleet motus, ut generica obtinerem, quod optandum effet per omnia, ut confufioni, quæ hodie regnat, finis aliquando imponatur ;

natur ; quando autem nulla occurrebant meo jure, ut opinor, imposui.

Quoad loca natalia plantarum satis duxi indicasse solum, quo maxime vulgares sponte proveniunt ; locum verò rariorum semper notavi ex Raii Synopsi ultima editione et ex observationibus, sive propriis, sive amicorum.

Plantarum naturam quoad durationem indicavi signis sequentibus ; viz. ☉ annum, ♂ biennem, ♃ perennem innuit.

Hoc signum † fruticem vel arborem designat.

Numeri I, II, III, &c. tempus florendi indicant, viz. Januarium, Februarium, Martium, &c.

Plantas cultas non autem indigenas omnino omisi, ut Avenam sativam, Triticum sativum, Solanum tuberosum, &c.

Plantæ quæ sine culturâ non raro inveniuntur extra hortorum pomæria, sed quæ ab origine propagationem eorum rejectamentis debeat asterisco \* distinguuntur.

Hanc occasionem lubens amplector gratias agendi amicis, qui mihi plantas pro eorum benevolentia suppeditarunt inter quos nominandi sunt Domini Alchorne, Bolton, Collinson, Lyons, Miller, Pultney, Watson, M. D. Wilmer, M. D. præcipue vero D. Stillingfleet, qui et hoc et aliis amicitiae privatim et publice functus est.

Cæterum quamvis nihil sciens prætermissi quod conferre potuit elucidando rem subjectam, non la-

## P R Æ F A T I O.

bori peperci, nullam occasionem neglexi libros consulendi, Herbaria sicca evolvendi et Plantas vivas examinandi et desecandi, ut opus omnibus numeris absolutum prodiret; conscius sum tamen me nullo modo scopum attigisse, præsertim quoad classem cryptogamiam, quæ ad hæc usque tempora quantum scio, obscura manet, et mihi plurimum molestiæ creavit. In uno istius ordine, viz. Fungorum me multum deficere agnosco; nec sine aliis Dilleniis, aliis Micheliis extricare se quisquam poterit, cum hunc ordinem experientia edoctus affirmare possim, ut Linnæi verbis utar, etiamnum Chaos esse, nescientibus Botanicis in his, quid sit Species, quid varietas.

*In hac secunda editione plurima emendavi et plantas a me noviter detectas vel ab amicis communicatas in propriis locis inserui.*

TERMINI

( v )

# TERMINI BOTANICI.

## RADIX organum nutriens plantam.

- Durati-  
one.
- Figura.
1. *Annua* intra annum emoritura.
  2. *Biennis* altero anno florens et dein peritura.
  3. *Perennis* per plures annos regerminans.
  4. *Fibrosa* tota constans filamentis.
  5. *Ramosa* in fibras subdivisa.
  6. *Fusifformis* simpliciuscula attenuata.
  7. *Præmorsa* apice quasi truncata.
  8. *Repens* longe excurrens, hinc inde germinans.
  9. *Articulata* geniculis intercepta.
  10. *Dentata* noniliformis ex articulis concatenatis.
  11. *Globosa* subrotunda (156) radiculis lateralibus.
  12. *Tuberosa* e partibus carnosis filo basi connexis.
  13. *Fascicularis* e partibus carnosis basi sessili (150) connexis.
  14. *Palmata* carnosae lobata (182).
  15. *Bulbosa* radix bulbo (648) instructa.
  16. *Granulata* particulis carnosis adspersa.

## TRUNCUS organum multiplicans plantam.

- Specie.
17. *Caulis*, truncus elevans et fructificationem et folia;
  18. *Culmus* graminibus proprius.
  19. *Scapus* elevans fructificationem, nec folia.

20. *Stipes* truncus in folia transiens.
- Durati- 21. *Herbaceus* etiamnum annuus (non lignosus)  
one. 22. *Suffruticosus* basi permanens, ramis quotannis mar-  
cescens.
23. *Fruticosus* perennis cum caudicibus pluribus.
24. *Arboreus* perennis caudice simplici.
25. *Solidus* interne fæctus.
26. *Inanis* interne medulla spongiosus.
27. *Fistulosus* interne tubulosus.
- Directi- 28. *Erectus* fere ad perpendicularum se attollens.  
one. 29. *Strictus* omnino perpendicularis absque flexura.
30. *Rigidus* flexionis impatiens.
31. *Laxus* libere in arcum flexibilis.
32. *Obliquus* a perpendiculari horizontalive linea di-  
scedens.
33. *Adscendens* arcuatim sursum versus.
34. *Declinatus* arcuatim descendens.
35. *Incurvatus* introrsum nutans.
36. *Nutans* apice extrorsum reflexus.
37. *Diffusus* ramulis patentibus.
38. *Procumbens* debilis terra innitens.
39. *Stoloniferus* turiones ad radicem edens.
40. *Sarmentosus* filiformis geniculis radicantibus.
41. *Repens* terræ incumbens radículasque agens.
42. *Radicans* altis se affigens radiculis lateralibus.
43. *Geniculatus* internodiis interceptus.
44. *Flexuosus* a gemina ad gemmam horsum vorsum  
actus.
45. *Scandens* alta petens, aliis sustinendus.
46. *Volubilis* spiritaliter adscendens per alia corpora.  
*Dextrorsum* a dextra ad sinistram.  
*Sinistrorsum* a sinistra ad dextram.
- Figura. 47. *Teres* angulis destitutus.
48. *Semiteres* hinc planus; inde teretiusculus.
49. *Compressus* duobus lateribus oppositis planis.
50. *Anceps* angulis duobus oppositis acutiusculus.
51. *Angulatus* pluribus quam duobus angulis cavis lon-  
gitudinaliter excavatus.  
*Acutangulus* figura angulorum.
52. *Trigonus*, &c. angulis tribus prominentibus longi-  
tudinalibus.



# BOTANICI TERMINI.

vii

53. *Triqueter* lateribus tribus exacte planis.
- Vestitu. 54. *Nudus* oppositus 5, 199. (55, 56, 57, 58, 59).
55. *Aphyllus* foliis destitutus.
56. *Foliatus* foliis instructus.
57. *Vaginatus* foliorum vaginis cinctus.
58. *Squamosus* squamis adpersus.
59. *Imbricatus* tectus, ut nudus non appareat.
- Superficie. 60. *Suberosus* cortice exteriori molliore, sed elastico indutus.
61. *Rimosus* cortice exteriori fissuras sponte agens.
62. *Tunicatus* membranis vestitus.
63. *Lævis* superficie æquali.
64. *Striatus* lineis tenuissimis excavatis inscriptus.
65. *Sulcatus* lineis profundis exaratus.
66. *Glaber* (213).
67. *Scaber* (239).
68. *Muricatus* punctis subulatis adpersus.
69. *Tomentosus*. (234)
70. *Villosus*. (223)
71. *Hispidus*. (240)
72. *Aculeatus*. (241).
73. *Spinosus* spinis (382) armatus.
74. *Urens* stimulis (389) adpersus.
75. *Stipulatus* stipulis (289) notatus.
76. *Membranaceus* complanatus more folii.
77. *Bulbiferus* bulbos (648) gerens.
- Compositio. 78. *Enodis* continuus absque articulis.
79. *Simplicissimus* ramis vix ullis.
80. *Simplex* continua serie versus apicem extensus.
81. *Integer* simplicissimus ramis vix angustatis.
82. *Articulatus* internodiis geniculatus.
83. *Prolifer* ex apicis centro tantum emittens ramos.
84. *Dichotomus* bifariam semper divisus.
85. *Brachiatus* ramis decussatim oppositis.
86. *Subramosus* ramis paucissimis lateralibus.
87. *Ramosus* ramis pluribus lateralibus.
88. *Ramosissimus* ramis multis absque ordine cumulatus.
89. *Virgatus* ramusculis debilibus inæqualibus.
90. *Paniculatus* ramis varie subdivisis.
91. *Fastigiatus* ramis æqualis altitudinis.

## TERMINI BOTANICI.

92. *Patens* (131).  
 93. *Divaricatus* (103).

## RAMI partes caulis.

94. *Alterni* (113).  
 95. *Distichi* (114).  
 96. *Sparsi* (116).  
 97. *Conferti* (117).  
 98. *Oppositi* (124).  
 99. *Verticillati* plures truncum ad genicula circumdantes.  
 100. *Erecti* (127).  
 101. *Coarctati* versus summitatem fere incumbentes.  
 102. *Divergentes* a trunco ad angulum rectum discentes.  
 103. *Divaricatis* ad angulum obtusum a trunco discentes.  
 104. *Deflexi* in arcum deorsum inclinati.  
 105. *Reflexi* perpendiculariter dependentes.  
 106. *Retroflexi* horsum vorsum divaricati.  
 107. *Fulcrati fulcris* (287) instructum.

## FOLIA organa motus plantæ.

- Determi- 108. *Radicale* radici insidens.  
 natione: 109. *Caulinum* cauli insertum.  
 loco. 110. *Rameum* ramis insidens.  
 111. *Axillare* sub rami basi insertum.  
 112. *Florale* flori proximum.  
 Numero. *Unicum, duo, tria, pauca, plurima.*  
 Situ 113. *Alterni* per gradus circum ramum exorta.  
 114. *Disticha* duo latera rami respicientia, licet undique inserta.  
 115. *Bifaria* ad latera rami opposita tantum enata.  
 116. *Sparsa* absque certo ordine constituta.  
 117. *Conferta* plurima totum fere occultantia ramum vel caulem.  
 118. *Imbricata* qua dimidiam partem invicem tecta.  
 119. *Fasciculata* plura ex eodem puncto ad genicula ramorum.  
 120. *Bina, trina, quina, &c.* de numero ad genicula ramorum.

121. *Confluentia*

121. *Confluentia* ad basin inter se cohærentia.  
 122. *Approximata* ad se invicem proxime accedentia.  
 123. *Remota* spatio a se invicem distantia.  
 124. *Opposita* per paria decussatim collocata.  
 125. *Decussata* ita disposita opposite, ut rami, apice inspecto, quatuor ordines referant.  
 126. *Stellata* plura quam duo folia caulem ambiente.  
 Directi- 127. *Erectum* fere ad perpendiculum constitutum.  
 one. 128. *Strictum* omnino perpendiculare absque flexura.  
 129. *Rigidum* flexionis impatiens.  
 130. *Adpressum* disco cauli approximatum.  
 131. *Patens* ad angulum acutum cauli insidens.  
 132. *Horizontale* ad angulum rectum a caule descendens.  
 133. *Assurgens* arcuatim erectum, primum declinatum deinde apice erectum.  
 134. *Inflexum* sursum arcuatum versus apicem.  
 135. *Reclinatum* deorsum flexum, ut arcus sit basi inferior, apice ascendente.  
 136. *Recurvatum* deorsum, ut arcus superiora spectat.  
 137. *Revolutum* in spiram recurvatum.  
 138. *Dependens* terram recta spectans.  
 139. *Obliquum* basi cœlum, apice horizontem spectans.  
 140. *Adversum* paginam superiorem meridiei (non cœlo) obvertens.  
 141. *Verticale* obversum, ut regio basis angustior evadat regione apicis.  
 142. *Resupinatum* pagina superiore inferiore et contra inferiore superiore facta.  
 143. *Submersum* intra aquæ superficiem absconditum.  
 144. *Natans* superficiem aquæ incumbens.  
 145. *Radicans* radices agens.  
 Inferti- 146. *Petiolum* petiolo (288) ad basin inserto.  
 one. 147. *Peltatum* petiolo disco folii inserto.  
 148. *Sessile* immediate cauli (absque petiolo) insidens.  
 149. *Adnatum* pagina superiore basi rami adnexum.  
 150. *Coadunatum* plura inter se connata.  
 151. *Decurrens* basi folii deorsum per caulem extensa.  
 152. *Amplexicaule* basi caulem ambiente.  
 153. *Perfoliatum* basi transversim cingente (nec antice dehiscente) caulem.

154. *Connata*

154. *Connata* oppositorum paribus basi utrinque coadunatis.
- Structura. Figura 155. *Vaginata* basi formante tubum caulem vestientem.
156. *Subrotundum* figura orbicularæ (157) proxima.
157. *Orbiculatum* peripheria circinnata (diameter longitudinalis æqualis transversali).
158. *Ovatum* cujus diameter longitudinalis superat transversalem, basi segmento circuli circumscripta, apice angustiore.
159. *Ovale* ex orbiculato oblongo utraque extremitate rotundata æquali.
160. *Oblongum*, diametro longitudinali aliquoties superante transversalem.
161. *Parabolicum* versus apicem sensim angustius rotundatum.
162. *Cuneiforme* sensim versus basin angustatim.
163. *Spathulatum* subrotundum (156) basi angustiore lineari (167).
164. *Rotundatum* angulis orbium.
165. *Lanceolatum* oblongum ab utraque extremitate attenuatum.
166. *Ellipticum* lanceolatum, latitudine ovati folii.
167. *Lineare* æquali ubique latitudine.
168. *Acerosum* lineare (167) persistens (271)
- Angulis. 169. *Integrum* indivisum, omnique sinu destitutum.
170. *Triangulare*, &c. a numero angulorum.
171. *Deltoidium* rhombeum (172) ex quatuor angulis, e quibus laterales minus a basi distant, quam reliqui.
172. *Rhombeum* forma rhombi.
173. *Trapeziforme* forma trapezii.
- Sinubus. 174. *Cordatum* subovatum basi sinu exsculpta absque angulis posticis.
175. *Reniforme* subrotundum basi sinu exsculpta absque angulis posticis.
176. *Lunatum* subrotundum basi sinu divisa angulis posticis acutis.
177. *Sagittatum* triangulare, angulis posticis acutis sinu divisis.
178. *Hastatum* sagittatum (177) angulis posticis sinu divisis ad latera prominentibus.

179. *Runcinatum*

179. *Runcinatum* pinnatifidum (187) ita, ut lobi antice convexi, postice sint transversi. e. g. *Leontodon*.
180. *Panduriforme* oblongum lateribus inferne coarctatum.
181. *Fissum* divisum sinibus linearibus, marginibus rectis.
182. *Lobatum* ad dimidium divisum in partes distantes.
183. *Bi-Quinquesidum* pro numero fissurarum (181).
184. *Partitum* ad basin fere divisum.
185. *Palmatum* divisum ultra dimidium in lobos subæquales.
186. *Lyratum* transversim divisum in lacinias, quarum inferiores minores remotiores.
187. *Pinnatifidum* transversim divisum in lacinias horizontales oblongas.
188. *Sinuatum* a lateribus sinibus dilatatis.
189. *Laciniatum* varie et indeterminate in partes sectum
190. *Squarrosus* divisum in lacinias elevatas, nec plano parallelas.
- Margine. 191. *Integerrimum* ipso margine lineari, nec minimum secto.
192. *Crenatum* margine incisuris sine respectu extremitatis secto.
193. *Serratum* margine omnibus incisuris respicientibus extremitatem.
194. *Ciliatum* margine setis parallelis longitudinaliter digestis.
195. *Dentatum* margine acuminibus patentibus remotis.
196. *Spinosum* margine acuminibus subulatis rigidis pungentibus.
197. *Cartilagineum* margine subosseo.
198. *Repandum* margine flexuoso, tamen plano.
199. *Lacerum* margine varie divisum, segmentis difformibus.
200. *Erosus* sinuatum (188) sinibus minimis obtusis laciniisque inæqualibus.
201. *Dædaleum* una flexuosum lacerumque (199).
202. *Obtusum* intra segmentum circuli terminatum.
203. *Emarginatum* terminatum crena.
204. *Retusum* terminatum sinu obtuso.
205. *Præmorsum*

205. *Præmorsum* terminatum obtuse incisuris inæqualibus.
206. *Truncatum* terminatum linea transversali.
207. *Acutum* terminatum angulo acuto.
208. *Acuminatum* terminatum apice subulato (266).
209. *Cuspidatum* terminatum apice setaceo.
210. *Mucronatum* terminatum mucrone extante.
211. *Cirrhosum* cirrho (290) terminatum.
- Superficie. *Pagina superior vulgo cælum, inferior terram spectat.*
212. *Nudum* setis et pilis destitutum.
213. *Glabrum* superficie lubrica.
214. *Nitidum* glabricie lucente.
215. *Lucidum* quasi illuminatum.
216. *Coloratum* alio corpore quam viridi.
217. *Nervosum* vasis simplicissimis a basi ad apicem.
218. *Trinerve* tribus nervis in basi folii supra basin concurrentibus.
219. *Triplinerve* nervosum tribus nervis pone basin folii concurrentibus.
220. *Enerve* nervoso (217. 219) oppositum.
221. *Lineatum* nervis depressis.
222. *Striatum* lineis parallelis leviter excavatum.
223. *Sulcatum* lineis profundis excavatum.
224. *Venosum* vasis multifariam divisis.
225. *Rugosum* rugis refertum.
226. *Bullatum* ex rugoso (225) venis contractis, ab altera parte concavis.
227. *Lacunosum* disco depresso inter venas interjectas.
228. *Avene* venoso (224) oppositum.
229. *Punctatum* adpersum punctis excavatis.
230. *Papillatum* tectum punctis carnosis.
231. *Papulosum* tectum punctis vesicularibus.
232. *Viscidum* oblitum tenaci humore.
233. *Villosum* tectum pilis mollibus.
234. *Tomentosum* villis intertextis nec discernendis obductum.
235. *Sericeum* tectum pilis adpressis mollissimis.
236. *Lanatum* indutum quasi tela aranæ (pilis sponte curvatis).
237. *Barbatum* pilis parallelis obfitum.

238. *Pilosum*

238. *Pilosum* pilis distinctis elongatis tectum.
239. *Scabrum* punctis eminentibus rigidiusculis exasperatum.
240. *Hispidum* setis rigidis adpersum.
241. *Aculeatum* aculeis (376) armatum.
242. *Strigosum* aculeis lanceolatis (165) rigidis (30).
- Expansione. 243. *Planum* superficie æqualis.
244. *Canaliculatum* supra sulco profundo longitudinaliter excavatum.
245. *Concavum* margine disco arctiore, ut deprimatur discus.
246. *Convexum* margine disco arctiore, ut elevatur discus.
247. *Cucullatum* lateribus ad basin conniventibus apice vero dilatatis.
248. *Plicatum* disco plicis acutis alteratim flexo.
249. *Undatum* disco plicis obtusis alternatim flexo.
250. *Crispum* margine luxuriante, ut discus evadat longior sua rachi.
- Substantia. 251. *Membranaceum* substantia propria folii.
252. *Scariosum* substantia sicca arida tactu sonora.
253. *Gibbum* utraque superficie convexa mediante copiosiore palpa.
254. *Teres* fere cylindricum.
255. *Depressum* pulposum (260) disco magis, quam lateribus complanato.
256. *Compressum* pulposum lateribus magis, quam disco complanatis.
257. *Carinatum* parte prona disci prominente longitudinaliter.
258. *Compactum* substantia solida constans.
259. *Tubulosum* interne concavum vel inane.
260. *Pulposum* materia tenaci fractum.
261. *Carnosum* interne pulpa solidiuscula refertum.
262. *Triquetrum* 3 lateribus longitudinalibus in folio subulato (266).
263. *Anceps* duobus angulis prominentibus longitudinalibus, disco convexiore.
264. *Lingulatum* lineare (167) carnosum (261) subtus convexum (246).

265. *Ensiforme*

## TERMINI BOTANICI.

265. *Ensiforme* anceps (263) a basi ad apicem sensim attenuatum.
266. *Subulatum* ad basin lineare, versus apicem attenuatum.
267. *Acinaciforme* compressum (256) carnosum (260) altero margine convexo angusto, altero rectiore crassiore.
268. *Dolabriforme* compressum subrotundum, extrorsum gibbum (253) acie acuta inferne teretiuscula.
- Durati-** 269. *Deciduum* peracta unica æstate casurum.  
**one.** 270. *Caducum* brevi decidens, nec per integram æstatem permanens.
271. *Persistens* peracta æstate non casurum.
272. *Perenne* per aliquot annos virens.
273. *Sempervirens* per omnia tempora anni virens.
- Compo-** *Compositum* petiolo (288) plura quam unum pro-  
**sitione.** ferente folia.
274. *Articulatum*, folio ex apice folii excrecente.
275. *Conjugatum*, pinnatum (279) tantum binis foliolis lateralibus.
276. *Digitatum* petiolo simplici apice adnectente foliola.
277. *Binatum* digitatum (276) foliolis duobus terminatum, &c.
278. *Pedatum* petiolo bifido, latere tantum interiore adnectente foliola plura.
279. *Pinnatum* petiolo simplici lateribus adnectente foliola plura.
280. *Bijugum* sic *trijuga*, *quadrijuga*, *quinquejuga*, *sejuga*, &c. pinnatum, sed foliolis tantum quatuor, &c.  
*cum impari* pinnatum, foliolo unico (impari) terminatum.  
*abrupte* pinnatum, nec cirrho, nec foliolis, terminatum.  
*cirrhosum* cirrho (290) terminatum.  
*Foliolis oppositis* (124) *alternis* (113):  
*raptis* foliolis alternis minoribus.  
*decursivis* foliolis petiolo decurrentibus.
- Decom-** 281. *Bigeminum* petiolo dichotomo (84) apice adnectente  
**posita.** foliola plura.
282. *Biternatum*



282. *Biternatum* duplicato-ternatum (277).  
 283. *Bipinnatum* duplicato pinnatum (279).  
 284. *Tergeminum* triplicato geminatum. Petiolus bifidus utroque apice foliola 2-ferens, et insuper foliola 2 ad divaricationem petioli communis.  
 285. *Triternatum* triplicato ternatum.  
 286. *Tripinnatum* triplicato pinnatum.  
 287. FULCRA adminicula plantæ pro commodiore sustentatione.  
 288. *Petiolus* fulcrum sustinens folium.  
 289. *Stipula* squama basi petiolorum enascentium adstans.  
 290. *Cirrhus* vinculum filiforme spirale, quo planta alii corpori alligatur.  
 291. *Pubes* hirsuties omnis in planta.  
 292. *Arma* mucrones arcentes animalia, ne lædant plantam.  
 293. *Braëtea* folium florale (112) facie a ceteris foliis recedens.  
 294. *Pedunculus* fulcrum sustinens fructificationem.

PETIOLUS

- Figura. 295. *Linearis* (167).  
 296. *Alatus* lateribus dilatatus.  
 297. *Clavatus* versus apicem incrassatus.  
 298. *Membranaceus*, complanatus.  
 299. *Teres* (254).  
 300. *Semiteres* (48).  
 301. *Triqueter* (53).  
 Magnitudine. 302. *Brevissimus*, qua magnam partem non attingens longitudinem folii.  
 303. *Brevis* nondum longitudinem folii attingens.  
 304. *Mediocris* longitudine folii.  
 305. *Longus* superans longitudinem folii.  
 306. *Longissimus*, aliquoties superans longitudinem folii.  
 Infertione. 307. *Insertus* perpendiculariter ramo insidens.  
 308. *Adnatus* (149).  
 309. *Decurrens* (151).  
 310. *Amplexicaulis* (152).

311. Appen-

## TERMINI BOTANICI.

311. *Appendiculatus*, ramentis foliaceis ad basin.
- Directione. 312. *Erectus* (127).  
 313. *Patens* (131).  
 314. *Affurgens*. (133).  
 315. *Recurvatus* (136).
- Superficie. 316. *Glaber* (213).  
 317. *Aculeatus* (241).  
 318. *Nudus* (212).  
 319. *Articulatus* (82).  
 320. *Spinescens* indurefcens et pungens.
- STIPULÆ. 321. *Geminæ* duæ et duæ per paria.  
 322. *Solitariæ* simplices sparsæ.  
 323. *Laterales* lateribus insertæ.  
 324. *Extrafoliaceæ* infra folium collocatæ.  
 325. *Intrafoliaceæ* supra folium collocatæ.  
 326. *Oppositifoliæ* in latere folii opposito-collocatæ.  
 327. *Caducæ* (270).  
 328. *Deciducæ* (269).  
 329. *Persistentes* post defoliationem restantes.  
 330. *Spinescentes* (320).  
 331. *Sessiles* (148).  
 332. *Adnatæ* (149).  
 333. *Decurrentes* (151).  
 334. *Vaginantes* (155).  
 335. *Subulatæ* (266).  
 336. *Lanceolatæ* (165).  
 337. *Sagittatæ* (177).  
 338. *Lunatæ* (176).  
 339. *Erectæ* (127).  
 340. *Patentes* (131).  
 341. *Integerrimæ* (191).  
 342. *Serratæ*. (193).  
 343. *Ciliatæ* (194).  
 344. *Dentatæ*. (195).  
 345. *Fissæ* (181).  
 346. *Axillaris* (III).  
 347. *Foliaris* folio infidens.  
 348. *Petiolaris* petiolo (288) infidens.
- CIRRHUS. 349. *Peduncularis*

PUBES.

349. *Peduncularis* pedunculo (294) insidens.  
 350. *Simplex* indivisus.  
 351. *Trifidus* in tres partes divisus.  
 352. *Multifidus* multoties divisus.  
 353. *Convolutus* in annulos contortus.  
 354. *Revolutus* spira dimidio itinere retorta.  
 355. *Pili ductus* excretorei plantæ setacei.  
 356. *Lana* pili curvi densi.  
 357. *Barba* pili paralleli.  
 358. *Tomentum*, villi intertexti vix conspicui.  
 359. *Strigæ* pili rigidiusculi planiusculi.  
 360. *Setæ*, pili rigidiusculi teretiusculi.  
 361. *Simplices*, continuo extensæ longitudinaliter.  
 362. *Hamosæ*, animalibus facile adhærentes.  
 363. *Ramosæ*, subdivisæ quasi in ramulos.  
 364. *Plumosæ*, villosæ compositæ.  
 365. *Stellatæ*, decussatim dispositæ.  
 366. *Hami*, mucrones acuminati curvati.  
 367. *Glochides*, mucrones apice retrorsum multidentati.  
 368. *Glandula* papilla humorem excernens.  
 369. *Utriculus*, vasculum liquore secreto repletum.  
 370. *Foliaceæ* foliis insertæ.  
 371. *Petiolares* (348).  
 372. *Pedunculares* (349).  
 373. *Stipulares* stipulis (289) insertæ.  
 374. *Viscositas* qualitas humoris tenacis.  
 375. *Glutinositas* qualitas humoris lubrici.

ARMA.

376. *Aculei* mucrones pungentes plantæ cortici tantum affixi.  
 377. *Recti*, flexuis destituti.  
 378. *Incurvi*, introrsum flexi.  
 379. *Recurvi* extrorsum reflexi.  
 380. *Furca* aculeis divisis in plures.

b

381. *Bifidæ*

## TERMINI BOTANICI.

381. *Bifidæ* et *Trifidæ* a numero divisionis.  
 382. *Spina*, mucro e ligno plantæ protrusus.  
 383. *Terminalis* ad apicem plantæ posita.  
 384. *Axillaris* (111).  
 385. *Calycina* Calyci (491) infidens.  
 386. *Foliaris* (347).  
 387. *Simplex* (361).  
 388. *Divisa* apice partita.  
 389. *Stimuli* mucrones puncturas exflammatorias efficientes, unde pruriginosæ evadunt partes.

## BRACTEÆ folia sequentis anni.

390. *Coloratæ* (216).  
 391. *Caducæ* (270).  
 392. *Decidua* (269).  
 393. *Persistentes* (271).  
 394. *Coma* Bractææ caulem terminantes magnitudine insignes.

PEDUNCULUS. 395. *Partialis*, aliquot flores pedunculi communis proferens.

396. *Communis*, communis pluribus floribus.

397. *Pedicellus*, proprius floribus in Pedunculo communi.

398. SCAPUS *pedunculis* radicatis caulis faciem induens.

Loco. 399. *Radicalis* (108).

400. *Caulinus* (109).

401. *Rameus* (110).

402. *Petiolaris* (348).

403. *Cirrhiferus* (290).

404. *Terminalis* (383).

405. *Axillaris* (111).

406. *Oppositifolius* (326).

407. *Lateriflorus* (323).

408. *Interfoliaceus* (325).

409. *Extrafoliaceus* (324).

Situ. 410. *Alternus* (113).

411. *Sparsus* (116).

412. *Oppositu*

- Numero. 412. *Oppositus* (124).  
 413. *Verticillatus* (99).  
 414. *Solitarius* (322).  
 415. *Geminatus* (321).  
 410. *Umbellula sessilis*, plures pedunculi ex eodem centro ambitu æquali prodeuntes.
- Directione. 417. *Adpressus* (130).  
 418. *Erectus* (127).  
 419. *Patens* (131).  
 420. *Cernuus* apice terram spectat.  
 421. *Resupinatus* (142).  
 422. *Declinatus*. (34).  
 423. *Nutans* (36).  
 424. *Flaccidus*, debilis, ut a proprio floris pondere dependeat.  
 425. *Adscendens* (33).  
 426. *Pendulus*, laxus, ut cum folio deorsum tendat.  
 427. *Strictus* (29).  
 428. *Flexuosus* a flore ad florem flexus.  
 429. *Retrofractus* vi quasi ad dependentiam redactus.
- Multiflorus* pro numero florum, quos profert Pedunculus.
- Structura. 430. *Teres* (47).  
 431. *Triqueter* (53).  
 432. *Tetragonus* (52).  
 433. *Filiformis* æquabili ubique crassitie.  
 434. *Attenuatus* versus apicem crassitiem perdens sensim.  
 435. *Clavus* (297).  
 436. *Incrassatus*, apice sensim majorem molem acquirens.  
 437. *Nudus* (212).  
 438. *Squamosus* (58).  
 439. *Foliatus* (56).  
 440. *Bracteatus* Bracteis (293) instructus.  
 441. *Geniculatus* (43).  
 442. *Articulatus* (82).

## TERMINI BOTANICI.

443. INFLORESCENTIA est modus, quo flores pedunculo plantæ adnectuntur.
444. VERTICILLUS floribus pluribus caulem annulatim ambientibus.
445. *Sessilis* absque pedicellis manifestis.
446. *Pedunculatus* pedunculis flores elevantibus.
447. *Nudus* (448, 449) oppositus.
448. *Involucratus* involucre (518) instructus.
449. *Braçteatus* (440).
450. *Confertus* pedunculis approximatis.
451. *Distans*, pedunculis remotis.
452. CAPITULUM floribus pluribus in globum congestis.
453. *Subrotundum*, fere globosum (452).
454. *Globosum*, ab omni parte rotundum.
455. *Dimidiatum* ab altera parte rotundatum, ab altera planum.
456. *Foliosum*, foliis intermixtis floribus.
457. *Nudum* foliis et setis destitutum.
458. *Fasciculus* colligens flores erectos, parallelolos, fastigiato approximatos.
459. SPICA, flores sessiles alterni in pedunculo communi simplici.
460. *Simplex*, continua indivisa.
461. *Composita*, pluribus spicillis pedunculo infidentibus.
462. *Glomerata* spicillis varie congesta.
463. *Ovata* (158).
464. *Ventricosa*, a lateribus gibba (253).
465. *Cylindrica* teretiuscula. *Secunda* vero dimidiata.
466. *Interrupta* spicis minoribus alternis distantibus.
467. *Imbricata* (118).
468. *Articulata* (82).
469. *Ramosa*, varie divisa.
470. *Linearis* (167).
471. *Ciliata* (194).
472. *Foliacea* foliis interstincta.
473. *Comosa* terminata foliolis.
474. CORYM-

474. CORYMBUS fit ex *spica* (459) dum singuli flores petiolis propriis instruuntur, situ elevato proportionali.
475. THYRSUS, *Panicula* (487) coarctata in formam ovatam.
476. RACEMUS pedunculo ramis lateralibus instructo.
477. *Simplex* indivisus.
478. *Compositus*, divisus in plures.
479. *Unilateris*, flores ad alterum latus omnes inferti.
480. *Secundus* flores omnes ad alterum latus flexi.
481. *Pedatus* (278)
482. *Conjugatus* (275).
483. *Erectus* (127).
484. *Laxus* (31).
485. *Nudus* (456).
486. *Foliatus* (56).
487. PANICULA flores sparsi, in pedunculis diverse divisus.

Trunci Structura.

488. FRUCTIFICATIO vegetabilium pars temporaria Germinationi dicata.
489. *Simplex* paucis floribus constans.
490. *Composita*, pluribus flosculis confluentibus.
491. CALYX, Cortex plantæ in Fructificatione præfens.
492. *Perianthium*, calyx fructificationi contiguus.
493. *Fructificationis* stamina Germenque includens.
494. *Floris* stamina absque Germine continens.
495. *Fructus* Germen absque staminibus continens.
496. *Proprium* quemlibet florem respiciens.
- b 3
497. *Monophyllum*,

## TERMINI BOTANICI.

497. *Monophyllum*, unico foliolo absolutum  
 498. *Polyphyllum*, pluribus foliis constans.  
 499. 2-5 *fidum* (181).  
 500. 2-5 *Partitum* (184).  
 501. *Integrum* (169).  
 502. *Tubulosum* (259).  
 503. *Patens* (131).  
 504. *Reflexum*, partibus retrorsum flexis.  
 505. *Inflatum*, instar vesicæ cavum.  
 506. *Abbreviatum* longitudinem tubi non attingens.  
 507. *Obtusum* (202).  
 508. *Acutum* (207).  
 509. *Spinosum* (73).  
 510. *Aculeatum* (241).  
 511. *Superum*, cui germen sub Receptaculo.  
 512. *Inferum*, cui germen supra Receptaculum.  
 513. *Commune* plures flores congregatos continens.  
 514. *Imbricatum*, squamis variis superimpositis.  
 515. *Squarrosum*, squamis undique divaricatis. *Scariosum* squamis margine membranaceis avidis fororis.  
 516. *Turbinatum* obverse conicum.  
 517. *Calyculatum*, calyce quasi alio minore calyce ad basin cincto.  
 518. *Involucrum*, calyx a flore remotus.  
 519. *Universale* umbellæ universali subiectum.  
 520. *Partiale* umbellæ partiali subiectum.  
 521. *Proprium*, cuilibet flori subiectum.  
 522. *Gluma* Calyx *Graminis*; valvis amplexantibus.  
 523. *Uniflora* unicum florem amplectens.  
 524. *Multiflora* plures flores includens.  
 525. *Univalvis*



525. *Univalvis* unica constans squama.  
 526. *Bivalvis* duabus constans squamis.  
 527. *Multivalvis* pluribus quam duabus  
 squamis.  
 528. *Colorata* (216).  
 529. *Glabra* (213).  
 530. *Hispida* (240).  
 531. *Arista*, mucro subulatus Glumæ infidens.  
 532. *Mutica* mucrone destituta.  
 533. *Terminalis* apice glumæ affixa.  
 534. *Dorsalis* lateri exteriori glumæ im-  
 posita.  
 535. *Recta* perpendiculariter exiens.  
 536. *Tortilis* flexa funis instar.  
 537. *Geniculata* (43).  
 538. *Recurvata* (136).  
 539. *Amentum* ex *Receptaculo* (629) communi palea-  
 ceo gemmaceo.  
 540. *Spatha* Calyx longitudinaliter ruptus.  
 541. *Univalvis* uno latere dehiscens.  
 542. *Dimidiata* latere tantum interiore  
 Fructificationem obvestiens.  
 543. *Calyptra* Calyx MUSCI cucullatus antheræ super-  
 impositus.  
 544. *Recta* undique æquales.  
 545. *Obliqua* ad aliquod latus flexa.  
 546. *Volva* Calyx FUNGI membranaceus.  
 547. *Approximata* ad capitulum accedens.  
 548. *Remotissima* a capitulo spatio recedens.  
 549. **COROLLA** Liber plantæ in flore præfens.  
 550. *Petalum* pars corollæ in plures divisæ.  
 551. *Tubus* Corollæ monopetalæ pars inferior.  
 552. *Unguis* Corollæ polypetalæ pars inferior  
 receptaculo affixa.  
 553. *Limbus* Corollæ pars superior dilatata.  
 554. *Lamina* Corollæ monopetalæ pars superior  
 patula. Monopetala; vel polypetala a  
 numero petalorum.

## TERMINI BOTANICI.

555. *Regularis* æqualis figura, magnitudine et proportione partium.
556. *Irregularis* Limbi partibus, figura, magnitudine et proportione partium diversa.
557. *Inæqualis* partibus non magnitudine sed proportione respondentibus.
558. *Globosa* globum referens.
559. *Campanulata* ventricosa (464) tubo destituta.
560. *Infundibuliformis*, conica tubo imposita.
561. *Rotata* plana nulli tubo imposita.
562. *Ringens* irregularis in duo labia hians.
563. *Galea Ringentis* Labium superius.  
*Labium* pro ringentis labio inferiore sæpius sumitur.
564. *Faux* hiatus inter lacinias corollæ, ubi tubus terminatur.
565. *Personata* Ringens (562) sed inter labia palato clausa.
566. *Cruciata* petalis quatuor æqualibus patens.
567. *Concava* (249).
568. *Patens* (131).
569. *Papilionacea* irregularis, petalo inferiore cymbiformi (*carina*), superiore adscendente (*vexillum*) lateribus solitariis (*alæ*).
570. *Composita* pluribus constans flosculis intra commune perianthium, supra receptaculum commune.
571. *Ligulata* Corollulis flosculorum omnibus planis versus exterius latus.
572. *Tubulosa* corollulis flosculorum omnibus tubulosis subæqualibus.
573. *Radiata* corollulis disci tubulosus ambitus vero ligulatis difformibus Color notetur.
574. *Nectarium* pars mellifera flori propria.
575. *Proprium* a petalis & ceteris partibus distinctum.
576. *Petalinum* Petalis insertione.
577. STAMEN Viscus pro Pollinis præparatione.
578. *Filamentum*

578. *Filamentum* pars elevans adnectensque Antheram (organum genitale masculum).
579. *Æqualia* eandem servantia longitudinem.
580. *Inæqualia* aliquot majoribus vel minoribus.
581. *Connata* in unum corpus coalita.
582. *Anthera* pars floris gravida polline, quod matura dimittit.
583. *Distinctæ* nec inter se cohærentes.
584. *Connatæ* in unum plures concretæ.
585. *Pollen*, pulvis floris, humore rumpendus, atomosque elasticos ejaculans, (genitura plantarum).
586. PISTILLUM, viscum fructui adhærens pro pollinis receptione (organum genitale femineum).
587. *Germen*, rudimentum fructus immaturi in flore.
588. *Superum* corollæ inclusum.
589. *Inferum*, infera corollam positum.
590. *Stylus*, pars pistilli elevans stigma a germine.
591. *Stigma*, summitas pistilli madida humore.
592. PERICARPIUM, viscus plantæ gravidum seminibus, quæ matura dimittet.
593. *Capsula* pericarpium cavum determinate dehiscens.
594. *Valvula*, paries, quo tegitur fructus externe.
595. *Loculamentum*, concameratio cava pro feminum loco.
596. *Dissipimentum*, paries, quo fructus interne distinguitur in concamerationes plures.
597. *Bicapsularis* a numero capsularum.
598. *Bilocularis* a numero loculamentorum.
599. *Tricocca* capsula tribus nodis protuberans, intusque in tria loculamenta divisa.
600. *Didyma*.

## TERMINI BOTANICI.

600. *Didyma*, Capsula duobus nodis extus gibba.
601. *Siliqua*, Pericarpium bivalve affigens femina secundum utramque futuram.
602. *Compressa* lateribus oppositis proxime ad se invicem accedentibus.
603. *Torulosa* prominentibus hinc inde gibba.
604. *Articulata* geniculis coarctatis intercepta.
605. *Parallelum dissepimentum* latitudine et diametro transversali ad valvulas accedens.
606. *Transversum dissepimentum* angustius ubi valvulae coarctatae evadunt concavae.
607. *Legumen*, pericarpium bivalve affigens femina secundum alteram tantum.
608. *Istmis interceptum*, in varia loculamenta interne transversim distinctum.
609. *Folliculus*, pericarpium univalve altero latere longitudinaliter dehiscens, nec futurae femina affigens.
610. *Drupa* pericarpium factum evalve continens nucem.
604. *Succulenta*, humorem continens.
605. *Sicca* praecedenti opposita.
611. *Pomum*, pericarpium factum evalve continens capsulam.
612. *Bacca*, pericarpium factum evalve, femina ceteroquin nuda continens.
613. *Nidulantia*, femina per pulpam sparsa.
614. *Strobilus*, ex Amento factum, squamis induratis.
615. SEMEN, rudimentum novae plantae.
616. *Hilum*, cicatrix externa seminis ab ejusdem affixione in fructu.
617. *Corculum*, primordium novae plantae intra semen.

618. *Corona* Calyculus supra adhærens, quo volitat.
619. *Pappus* Corona pennacea pilosave volitans.
620. *Stipitatus* filo elevante et adnectente pappum et semen.
621. *Capillaris*, pilis indivisis.
622. *Plumosus* pilis pennatis constans.
623. *Cauda* semen terminatum filo.
624. *Hamus*, quo adhæret animalibus.
625. *Calyculus* tegmentum seminis proprium.
626. *Nux* semine tecto epidermide osseo.
627. *Arillus*, tunica propria exterior seminis sponte secedens.
628. **RECEPTACULUM**, basis qua partes Fructificationis connectuntur.
629. *Commune* plures flores eorumque fructus continens.
630. *Punctatum*, punctis excavatis adsperfum.
631. *Pilosum* (238).
632. *Paleaceum* lamellis innatis distinguens flosculos.
633. *Planum* (243).
634. *Convexum* (246).
635. *Conicum*, teres versus apicem attenuatum.
636. *Subulatum* (266).
637. *Compositus Flos*, receptaculo dilatato integro, Flosculis sessilibus.
638. *Aggregatus Flos*, receptaculo dilatato, Flosculis subpetiolatis.
639. *Umbella*, receptaculum ex eodem centro elongatum in pedunculos filiformes proportionatos.
640. *Simplex*, pedunculis omnibus ex uno eodemque receptaculo ortis.
641. *Composita* omnibus pedunculis apice umbellulas gerentibus.
642. *Universalis*, ex pluribus simplicibus facta composita.
643. *Partialis* umbellula pars universalis.
644. *Prolifera*

## TERMINI BOTANICI.

644. *Prolifera*, umbella plus quam decomposita.
645. *Cyma*, receptaculum ex centro eodem universaliter, partialibus vero vagis, elongatum, in pedunculos fastigiatos.
646. *Rachis*, receptaculum filiforme flosculos longitudinaliter adnectens in spicam.
647. *Spadix* receptaculum PALMÆ enatum intra spatham, in ramulos fructificantes divisum.
648. **BULBUS**, hybernaculum plantæ e rudimento foliorum præteritorum.
649. *Solidus* carnosus intus indivisus.
650. *Tunicatus*, bulbus tunica extra tunicas.
651. *Squamatus*, squamis imbricatis.
652. *Caulinus* cauli insidens.  
*petiolaris*, e petiolorum rudimentis.  
*stipularis* e stipulis confecta.  
*corticalis* e corticis ramentis.  
*foliaris*, folia continens, non flores.  
*floralis*, flores non folia continens.  
*communis*, et folia et flores continens.
653. **GEMMA**, hybernaculum plantæ ex rudimentis foliorum futurorum.
654. **VERNATO** foliorum dispositio intra gemmam.
655. *Conduplicata*, foliorum lateribus parallele approximatis.
656. *Convoluta*, cuculi in modum spiralis.
657. *Involuta*, lateribus versus paginam superiorem utrinque spiraliter contortis.
658. *Equitantia*, marginibus conniventia situ opposito, ut alterum includat alterum.
659. *Obvoluta*, pagina superiore lateribus approximatis, ita ut alterum latus distinguat alterum folium.
660. *Plicatum* in plicas varias coarctatum.
661. *Circinnale* in spiram transversalem coarctatum, ut apex centrum obtineat.

*Mensura.*

*Mensura.*

662. *Linearis*, longitudinaliter lunulæ, ab unguis radice versus unguem (non in Pollice).  
663. *Ungicularis*, longitudine unguis.  
664. *Pollicaris*, longitudine extimi articuli Pollicis.  
665. *Palmaris*, longitudine manus transversæ.  
666. *Spithamæus*, spatium inter apicem Pollicis et indicis extensum.  
667. *Dodrantal*, spatium inter apicem Pollicis et digiti minimi extensum.  
668. *Pedalis* a flexuosa cubitis ad basin Pollicis.  
669. *Orgyalis*, longitudine hominis,

NOMINA

NOMINA AUCTORUM  
EXPLICATA.

- ACT. Lond.* Acta Philosophica Regiæ Societatis  
Londinensis. Lond. 4to.
- Act. Paris.* Memoires de l'Academie Royale des Sciences. Paris. 4to.
- Act. Ups.* Acta Regiæ Societatis Upsaliensis. Holmiæ.  
4to.
- Allion. Stirp. rar.* Caroli Allioni Specimen Stirpium rariorum Pedemontii. Turin. 1755. 4to.
- Allion. pl. Nic.* Ejusdem Catalogus Plantarum Agri Niceni. Paris. 1757. 8vo.
- Amm. Stirp. rar. Ruth.* Joannis Ammani Stirpium rariorum in Imperio Ruthenico, &c. Petrop. 1739.  
4to.
- Ard. Obs.* Petri Arduini Observationum Botanicarum Specimen. Batav. 1759, 1764. 4to.
- Barr. Icon.* Jacobi Barrelieri Iones Plantarum per Galliam, Hispaniam et Italiam Observatarum. Paris. 1714. fol.
- Bast. Opusc.* Jobi Basteri Opuscula Subseciva 2. Harlem. 1761. 4to.
- Battar. fung.* A. J. Antonii Battaræ Fungorum Agri Ariminensis Historia. Favent. 1755. 4to.
- B. pr. et pin.* Caspari Bauhini Prodromus et Pinnax. Theatri Botanici. Basil. 1671. 4to.

*B. th.*



- B. th.* Ejusdem Theatrum Botanicum. Ibid. 1658. fol.
- B. hist.* Joannis Bauhini Historia Plantarum universalis. 3. Ebrod. 1650. fol.
- Besl. Hort. Eyst.* Basilii Besleri Horti Eystettensis Descriptio. Norimb. 1613. fol.
- Blackf. spec. bot.* Joannis Blackstone Specimen Botanicum. Lond. 1746. 8vo.
- Blackf. cat. pl.* Ejusdem Catalogus Plantarum circa Harefield. Lond. 1737. 8vo.
- Boch. Lips.* Georgii Rudolphi Boehmeri Flora Lipsiæ Indigena. Lips. 1750. 8vo.
- Boeh. ind.* Hermannii Boerhaave Index alter Plantarum. Lugdb. 1720. 4to.
- Bocc. mus.* Pauli Boccone Musæum Plantarum rariorum et Fifica, &c. 2. Venet. 1697. 4to.
- Bocc. pl. rar.* Ejusdem Plantarum rariorum Siciliæ Icones et Descriptiones. Oxon. 1674. 4to.
- Breyn. cent.* Jacobi Breynii Centuria Plantarum Gerdani. 1678. fol.
- Breyn. pr.* Ejusdem Prodomus Fasciculus Plantarum. Ibid. 1689. 4to.
- Burm. Ger.* Nicolai Laurentii Burmanni Specimen Botanicum de Geraniis. Lugdb. 1759. 4to.
- Buxb. em.* Joannis Christiani Buxbaum Enumeratio Plantarum in Agro Hallensi. Halæ Magd. 1721. 8vo.
- Buxb. cent.* Ejusdem Plantarum minus cognitarum Centuriæ V. Petrop. 1728—1740. 4to.
- Buddl. hort. sic.* Adami Budleii Hortus Siccus Plantarum Angliæ.
- Camer. epit.* Joachim Camerarii Epitome utilissima de Plantis. Franc. 1586.
- Cæsalp.* Andræas Cæsalpinus de Plantis Florent. 1583. 4to.
- Clus. hist.* Caroli Clusii Atrebatensis rariorum Plantarum Historia. Antw. 1601. fol.
- Col. ecph.* Fabii Columnæ Ecphrasis I. et II. minus cognitarum rariorumque Stirpium. Romæ. 1616. 4to.
- Col. phytob.* Ejusdem Phytobasanos. Neapoli. 1592. 4to.
- Comm.*

## NOMINA AUCTORUM EXPLICATA.

- Comm. cat.* Joannis Commelini Catalogus Plantarum Hollandiæ. Anstel. 1685. 12mo.
- Cord. hist.* Valerii Cordii Historiæ Stirpium. Liber IV. Argent. 1561. fol.
- Crantz. austr.* Henrici Joh. Nepomuceni Crantz Stirpium Austriacarum. 2. Vien. 1762. 4to. et 8vo.
- Dalech. hist.* Jacobi Dalechampii Historia generalis Plantarum. Lugd. 1584. fol.
- Daleb. Paris.* Dionys. Dalibordi Floræ Parisiensis prodromus. Paris. 1750. 8vo.
- Deer. nott.* Caroli Deering Catalogus Plantarum circa Nottinghamiam. Nottingh. 1738. 8vo.
- Dill. giss.* Joannis Jacobi Dillenii Catalogus Plantarum circa Gissam. Gissæ. 1719. 8vo.
- Dill. elth.* Ejusdem Hortus Elthamensis. 2. Lond. 1732. fol.
- Dill. musc.* Ejusdem Historia Muscorum. Oxon. 1741. 4to.
- Dod. pempt.* Remberti Dodonæi Stirpium Historiæ Pemptades sex f. Libri xxx. Antw. 1616. fol.
- Fabric. en. pl.* Philippi Conradi Fabricii Enumeratio Methodica Plantarum Horti Medici Helmstadiensis. Helmst. 1763. 8vo.
- Fl. dan.* Flora Danica. Haffniæ. 1761, &c.
- Fuchf. hist.* Leonardi Fuchsii Historia Plantarum. Basil. 1542.
- Ger. em.* Joannis Gerardi Historia Plantarum, a Thoma Johnson Emaculata. Lond. 1633. et 1636. fol.
- Ger. gallopr.* Ludovici Gerardi Flora Gallo-provincialis. Paris. 1761. 8vo.
- Gesfn. ic.* Conradi Gesneri Opera Botanica. Neuremb. 1752. fol.
- Gled. fung.* Joannis Gottlieb Gleditchii Methodus fungorum. Berol. 1753. 8vo.
- Gmel. sib.* Joannis Georgii Gmelini Flora Siberica. 4. Petrop. 1750—1769. 4to.
- Gmel. fuc.* Samuelis Gottlieb Gmelini Historia Fucorum. Petrop. 1768. 4to.
- Gmel. enum.* Joannis Frederici Gmelini enumeratio Stirpium

- Stirpium Agro Tubingensi Indigenarum. Tubing.  
1776. 8vo.
- Gort. Belg.* Davidi De Gorteri Flora Belgica. Traj.  
ad Rhenum. 1767. 8vo.
- Gouan. monsp.* Antonii Gouan Flora Monspeliaca.  
Lugd. 1765. 8vo.
- Gouan. Hort. monsp.* Ejusdem Hortus Regius Monspeliensis.  
Lugd. 1766. 8vo.
- Gron. virg.* Joannis Fred. Gronovii Flora Virginica.  
2. Leid. 1739. 8vo.
- Guett. stamp.* D. Guettard Observations sur les Plantes.  
2. Paris. 1747. 8vo.
- Gunn. Norveg.* J. Ernesti Gunneri Flora Norvegica.  
Nidros. 1766. fol.
- Hall. hist.* Alberti v. Haller Historia Stirpium Indigenarum Helvetiæ. 3. Bern. 1768. fol.
- Hall. nomencl.* Ejusdem Nomenclator. Bern. 1769.  
8vo.
- Hall. opusc.* Ejusdem Opuscula Botanica. Gotting.  
1749. 8vo.
- Hall. orch.* Ejusdem Orchidum Classis Constituta.
- Herm. paradis.* Pauli Hermanni Paradisus Batavus.  
Lugd. 1698.
- Hist. Ox.* Roberti Morisoni et Jacobi Bobarti Historia Plantarum Oxoniensis. 3. Oxon. 1680. fol.
- Hunt. Ev. sylv.* Sylva, or a Discourse of Forest-Trees, by John Evelyn, Esq. with Notes by A. Hunter, M. D. F. R. S. York. 1776. 4to.
- Jacq. enum.* Nicolai Jacquin Enumeratio Stirpium in agro Vindobonensis sponte nascentium. Vind. 1762.  
8vo.
- Jacq. obs.* Ejusdem Observationes Botanicae. Vind. 1764, &c. fol.
- Jacq. austr.* Ejusdem Floræ Austriacæ sive Plantarum selectarum in Austriæ Archiducatu sponte crescentium Icones. 4. Vindob. 1773. fol.
- Jacq. hort. vindeb.* Ejusdem Hortus Botanicus Vindobonensis. 2. Vindob. 1770. fol.
- Johns. merc. bot. et it.* Thomæ Johnsoni Mercurius et Itinera Botanica. Lond. 1632, 1634. 8vo.

## NOMINA AUCTORUM EXPLICATA.

- Kram elench.* Guil. Henrich. Kramer Elenchus Vegetabilium et Animalium Austriæ inferioris. Vien. 1756. 8vo.
- Krasch. Ingr.* Stephani Krascheninnikof Flora Ingrica. Peterfb. 1761. 8vo.
- Leyf. hal.* Frederici Wilhelm. Leyser Flora Halensis. Hal. 1761. 4to.
- Lin. gen. pl.* Caroli Linnæi Genera Plantarum. Holm. 1764.
- Lin. sp. pl.* Ejusdem Species Plantarum. 2. Holm. 1762.
- Lin. syst. nat.* Ejusdem Systema Naturæ. 3. Holm. 1766, &c.
- Lin. mantifs.* Ejusdem Mantissa Plantarum, ad finem Tomi 2di Systematis Naturæ et Mantissa altera Plantarum. Holm. 1771. 8vo.
- Lin. Fl. lapp.* Ejusdem Flora Lapponica. Amstel. 1737. 8vo.
- Lin. Fl. suec.* Ejusdem Flora Suecica. Stockh. 1755. 8vo.
- Lin. Hort. cliff.* Ejusdem Hortus Cliffortianus. Amstel. 1737. fol.
- Lin. virid. cliff.* Ejusdem Viridiarum Cliffortianum. Amstel. 1737. 8vo.
- Lin. hort. ups.* Ejusdem Hortus Upsaliensis. Holmiæ. 1748. 8vo.
- Lin. mat. med.* Ejusdem Materia Medica. Holmiæ. 1749. 8vo.
- Lin. it. oeland.* Ejusdem Iter Oelandicum. Holmiæ. 1745. 8vo.
- Lin. it. W-goth.* Ejusdem Iter Westrogothicum. Holmiæ. 1745. 8vo.
- Lin. it. scan.* Ejusdem Iter Scanicum. Holmiæ. 1751. 8vo.
- Lin. Amœn. acad.* Ejusdem Amœnitates Academicæ. I. Lips. 1749. II. Holm. 1751. III. Amstel. 1756. IV—VII. Lugdb. 1760, 1764, 1769. 8vo.
- Lob. ic.* Matthiæ Lobelii Icones Plantarum. Antw. 1580. 4to.
- Lob. ob. et adv.* Ejusdem Adversaria et Observationes. Lond. 1605.

NOMINA AUCTORUM EXPLICATA.

XXXV

- Loef. it.* Petri Loeffling Iter Hispanicum. Stockh. 1758. 8vo.
- Loef. pruss.* Joannis Loefelii Flora Pruffica. Regimont. 1703. 4to.
- Lyons fasc.* Israelis Lyons Fasciculus Plantarum circa Cantabrigiam. Lond. 1763. 8vo.
- Magn. bot. monsp.* Petri Magnol Botanicum Monspeliense. *Monspel.* 1686. 8vo.
- Magn. hort. reg. monsp.* Ejusdem Hortus Regius Monspeliensis. *Monspel.* 1697. 8vo.
- Mart. cent.* Joannis Martyn Centuria Plantarum. Lond. 1728. fol.
- Mart. tourn.* Ejusdem Tournefort's History of Plants. 2. Lond. 1732.
- Mart. plant. Cant.* Thomæ Martyn Plantæ Cantabrigiensis. Lond. 1763. 8vo.
- Meez. fris.* Davidi Meeze Flora Frisica. Frank. 1760. 8vo.
- Mentz. pug.* Christiani Mentzelii Index Nominum Plantarum multilinguis et Pugillus rariorum Plantarum. Berol. 1682. fol.
- Merr. pin.* Christophori Merret Pinax rerum Naturalium Britannicarum. Lond. 1667. 8vo.
- Mich. gen.* Petri Antonii Michelii Nova Plantarum Genera. Florent. 1729. 4to.
- Mont. prod.* Josephi Monti Catalogi Stirpium Agri Bononiensis Prodrumus. 1719. 4to.
- Mull. frid.* Ot. Friderici Muller Flora Friderichsdalina. Argent. 1767. 8vo.
- Murr. gott.* Joannis Andreæ Murray Prodrumus Designationis Stirpium Gottingensium. Gottingæ. 1770.
- Nec. delic. gallob.* Natalis Josephi de Necker Deliciæ Gallobelgice sylvestres. 2. Argent. 1748. 8vo.
- Nec. musc.* Ejusdem Methodus Muscorum. Mannh. 1771. 8vo.
- Pall. elench.* P. S. Pallas Elenchus Zoophytorum. Hagæ. 1766. 8vo.
- Park. th.* Joannis Parkinsoni Theatrum Botanicum. Lond. 1640. fol.

- Park. par.* Ejusdem Paradisus terrestris. Lond. 1629. fol.
- Penn. Tour.* A Tour in Scotland, and Voyage to the Hebrides, by Thomas Pennant. 2. Chester. 1774, &c. 4to.
- Pet. herb. brit.* Jacobi Petiveri Herbarium Britannicum, Lond. 1702. fol.
- Pet. conc. gr.* Ejusdem Concordia Graminum. Lond.
- Pet. gaz.* Ejusdem Gazophylaceum. 2. Lond. 1711. fol.
- Pet. mus.* Ejusdem Musæum. Lond. 1703. 8vo.
- Pluk. alm. et phyt.* Leonardi Pluknetii Almagestum Botanicum et Phytographia. Lond. 4to. diverso tempore edita.
- Phyt. br.* Phytologia Britannica. Lond. 1650.
- Pont. Julii.* Pontideræ Compendium Tabularum Botanicarum. Patavii. 1720. 4to.
- Raii syn.* Joannis Raii Synopsis Methodica Stirpium Britannicarum. ed. I. 1690. II. 1696. III. Lond. 1724. 8vo.
- R. cat. pl. angl.* Ejusdem Catalogus Plantarum Angliæ. Lond. 1688. 12mo.
- γ Agrostis foliis fetaceis rigidis glaucis; culmo erecto. Avena monantha paniculata, foliis fetaceis, gluma calycina exasperata, arista flore duplo longiore. *Hall. hist. 1478.*
- Gramen paniculatum, capillaceo folio, locustis spadiceofuscis, aristatis. *Sch. agr. 141.*  
*Anglis, brown Bent-grass.*  
 Habitat in pratis, pascuis et ericetis humidiusculis. β in ericetis aridiusculis γ in ericetis montosis aridis. supra Hall Down prope Exeter et alibi in Devoniam. ♀. VII. VIII.
- Obs. Culmus nunc semipedalis nunc tripedalis, subramosus. Folia radicalia et ad basin culmi subinde filiformia fasciculata, lævia et scabra. Panicula elongata nunc laxa nunc coarctata. Carinæ glumarum scabræ in omnibus. β. et γ. solo humidiusculo illata, secundo anno, in æ mutantur.
- \*\* Muticæ.
3. AGROSTIS panicula patente, carina glumarum scabra, corolla mutica; valvula altera brevissima. *polymorpha.*
- α Agrostis panicula capillari patente, calycibus subulatis capillæqualibus hispidiusculis coloratis, flosculis muticis. *ris.*  
*Sp. pl. 93. Roy. lugd. b. 59. Dalib. paris. 23.*
- Poa monantha, caule erecto, panicula diffusa, calycibus exasperatis. *Hall. hist. 1475.*
- Gramen montanum panicula spadicea delicatiore. *B. pin. 3.*
- Gramen miliaceum locustis minimis, panicula fere arundinacea. *R. meth. em. 177. Syn. 402.*
- β Gramen miliaceum angustifolium, glumis perexiguis. *Pet. conc. Gr. 117. R. Syn.*
- γ Agrostis panicula mutica subsecunda, culmis fasciculatis erectis. *Lin. Mantiss. I. 31.*
- Gramen minimum palustre, panicula spadicea delicata, tenuifolium. *Sch. agr. 131.*
- δ Agrostis paniculæ ramulis divaricatis muticis, culmo stolonirepente, calycibus æqualibus. *Sp. pl. 93. Fl. fera. dan. 564.*

- Poa stolonifera monantha, calycibus leviter exasperatis. *Hall. hist.* 1473.
- Gramen montanum miliaceum minus, radice repente, *R. Syn.* 402.
- Gramen caninum supinum minus. *B. pin.* 1. *Sch. agr.* 128.
- Gramen miliaceum folio angustissimo. *Pet. conc. gr.* 116.
- palustris. § Agrostis panicula coarctata mutica, calycibus æqualibus hispidiusculis coloratis, culmo repente. *Fl. Angl.* 27.
- Agrostis (*alba*) panicula laxa, calycibus muticis æqualibus. *Roy. lugdb.* 50. *Sp. pl.* 93.
- Gramen miliaceum majus, panicula spadicea. *Pet. conc. gr.* 118. *R. Syn.* 464.
- Gramen miliaceum majus, panicula viridi. *Pet. conc. gr.* 118. *R. Syn.* 464.
- sylvatica. ¶ Agrostis panicula coarctata mutica, calycibus æqualibus corolla ante florescentiam calyce brevior, postea duplo longiore. *Fl. Angl.* 28.
- Agrostis panicula coarctata mutica, calycibus æqualibus: virgineis corolla brevioribus, foecundatis duplo longioribus. *Sp. pl.* 1665.
- Gramen miliaceum sylvestre, glumis oblongis. *Pet. conc. gr.* 121. *R. Syn.* 404.
- Anglis*, fine, γ little, δ creeping, ζ marsh ¶ wood Bent-grafs.
- Habitat in pratis et pascuis § in fossis et uliginosis ¶ in sylvis humidiusculis. in Bishops Wood Hampstead. Mr. Buddle. *R. syn. in sylvula Hornsey-Wood dicta.* 4. VI.—VIII.
- minima. 4. AGROSTIS panicula mutica filiformi. *Sp. pl.* 93.
- Nardus panicula spicata, floribus solitariis alternis. *Guett. Stamp.* 155. *Dalib. paris.* 153.
- Gramen minimum paniculis elegantissimis. *B. pin.* 2. *Sch. agr.* 40. *Hist. Ox.* III. 200. t. 2. f. 10.
- Gramen minimum. *B. hist.* II. 465. Dalech. *hist.* 425. anglo-britannicum. *Lob. ill.* 29. *R. Syn. pl. dub.* *Anglis*, small Bent-grafs.
- Habitat in Wallia. D. Stillingfleet invenit. ©. VII.

A I R A. 81.

*Cal.* bivalvis, biflorus. Flosculi absque interjecto rudimento.

\* *Muticæ.*

1. AIRA panicula spicata, calycibus pedunculo longi-*cristata.*  
 oribus, petalis subaristatis inæqualibus. *Sp. pl.* 94.  
 Poa panicula spicata, calycibus subpilosis subquadri-  
 floris pedunculo longioribus, petalis aristatis. *Syst.*  
*Nat.* 94.  
 Festuca locustis bifloris, mucronatis, confertis, im-  
 bricatis paniculatis, in spicam congestis. *Hall.*  
*hist.* 1444.  
 Gramen spica cristata, subhirsutum. *B. pin.* 2. *Hist.*  
*Ox.* III. 194. t. 4. f. 7. *Sch. agr.* 166.  
 Gramen pumilum, spica purpuro-argentea molli. *R.*  
*syn.* 396.  
*Anglis*, cristed Hair-grafs.  
 Habitat in pratis montosis sterilibus. 4. VII. VIII.
2. AIRA panicula coarctata, floribus pedunculatis muti-*cærulea.*  
 cis convoluto-subulatis, foliis planis. *Sp. pl.* 95.  
 Poa spiculis subulatis, panicula rara contracta. *Fl.*  
*lapp.* 29. *Roy. lugdb.* 61.  
 Gramen pratense serotinum, panicula longa purpu-  
 rascente. *R. Syn.* 404. *Hist. Ox.* III. 201. t. 5.  
*f.* 22.  
 Gramen pratense spica Lavendulæ. *Merr. pin.*  
*Anglis*, purple Hair-grafs.  
 Habitat in pratis et pascuis uliginosis, sterilissimis frequens.  
 4. VII. VIII.
3. AIRA panicula patente, floribus muticis lævibus ob-*aquatica.*  
 tusis calyce longioribus, foliis planis. *Sp. pl.* 95.  
 Aira culmo inferiore repente, flosculis muticis calyce  
 longioribus: altero pedunculato. *Roy. lugdb.* 60.  
 Gramen miliaceum aquaticum. *R. syn.* 402. *Sch. agr.*  
 176. *Vaill. paris.* 89. t. 17. f. 7.  
 Gramen caninum supinum paniculatum dulce. *B.*  
*pin.* 1.

D

Gramen

Gramen exile tenuifolium Canario simile. f. Gramen dulce. *Park.* 1174.

*distans.* β *Poa* panicula ramis subdivisis, floribus quinquefloris, flosculis distantibus obtusis. *Mant.* I. 32. *Syst. Nat.* 94.

*Anglis*, water Hair-grafs.

Habitat in aquosis et ad ripas fluviorum. β in arenosis prope Exmouth; circa Northfleet; in agro Cantiano; in comitatibus Eboracensi et Lancafterensi passim. *U.* VI. VII.

Desc. β. Radix fibrosa. Culmi plures, obliqui et erectiusculi, teretes, glabri. Folia radicalia, pauca ensiformia, erecta, obtusa, nuda. caulina petiolata, obtusa, subinde involuta, glauca. Petiolus vaginans, cylindricus, striatus, glaber. Stipula membranacea, brevissima, obtusa. Panicula diffusa patens, ramosa, ramis subquaternis. Spiculæ lineares. Flosculi a tribus ad sex vel septem, remoti obtusi quasi truncati, subinde purpurei, margine albo. Gluma bivalvis, inæqualis, valde obtusa.

*cæspitosa.* 4. *AIRA* foliis planis, panicula patente, petalis basi villosis aristatisque: arista recta brevi. *Sp. pl.* 96. *Fl. dan.* 24.

*Avena* diantha, panicula amplissima, patula, bicolore, *Hall. hist.* 1487.

Gramen segetum altissimum panicula sparsa. *B. pin.* 3. *Hist. Ox.* III. 199. t. 5. f. 1. ?

Gramen segetum panicula speciosa. *Park.* 1158.

Gramen segetale. *Ger. em.* 5.

Gramen miliaceum segetale majus. *Pet. conc. gr.* 114. *R. syn.* 403.

*Anglis*, turfy Hair-grafs:

Habitat in pratis et sylvis humidis. *U.* VII.

*flexuosa.* 5. *AIRA* foliis fetaceis, culmis subnudis, panicula patente, pedunculis flexuosis, flosculis basi pilosis aristatis: arista tortili longiore.

*Aira* foliis fetaceis, culmis subnudis, panicula divaricata, pedunculis flexuosis. *Sp. pl.* 96. *Fl. dan.* 157.

Gramen alpinum nemorosum paniculatum, foliis angustissimis, locustis splendentibus aristatis. *Sch. agr.* 218. *pr. t.* 6. f. 1.

Gramen

Gramen nemorosum paniculis albis, capillaceo folio.

*B. pin. 7. pr. 14. th. 97. Hist. Ox. III. 300. f. 8. t. 7. f. 9. R. syn. 407.*

Gramen paniculatum locustis parvis purpuro-argenteis, majus et perenne. *R. syn. 407.*

Avena diantha; paniculis flexuosis, floribus basi villosis, locustis ovatis. *Hall. hist. 1486.*

*Anglis, heath Hair-grass.*

Habitat in ericetis, sylvis et pascuis sterilibus.  $\Psi$ . VII. VIII.

Obs. variat floribus fusco-purpureis et virescentibus.

6. AIRA foliis setaceis, panicula erecta angusta subse-montana. cunda, flosculis basi pilosis aristatis; arista tortili longiore.

Aira foliis setaceis, panicula angusta, flosculis basi pilosis aristatis: aristas tortili longiore. *Sp. pl. 96.*

Gramen avenaceum capillaceum minoribus glumis. *B. pin. 10.*

Gramen avenaceum paniculatum alpinum, foliis capillaceis brevibus, locustis purpureo-argenteis et aristatis. *Sch. agr. 216. pr. t. 4. f. 4.*

8 Aira foliis setaceis, panicula secunda coarctata, aristatis flosculis duplo-longioribus recurvis. *Fl. angl. 30.*

*Anglis, mountain Hair-grass.*

Habitat in ericetis et pascuis sterilibus et arenosis; in ericeto Strattoniensi in comitatu Norfolk, D. Stillingfleet; in ericetis arenosis in comitatibus Eboracensi et Lancasterensi passim.  $\Psi$ . VII. VIII.

Desc. Radix perennis, fibrosa. Culmi plures, semipedales et sesquipedales erectiusculi, teretes, læves, bis articulati. Folia radicalia plurima, fasciculata, setacea, nuda, glauca, rigidiuscula; caulina duo aut tria patentia, petiolata, involuta, ut setacea apparent, rigida. Petiolus cylindricus, longissimus, vaginans, striatus, nudus. Stipula intrasoliacea, persistens, membranacea, erecta, acuta. Panicula angusta, erecta secunda, coarctata ramosa; Ramis flexuosis, scabris, Spiculæ bifloræ; Flosculo altero sessili altero pedunculato. Receptaculum pilosum. Cal. Gluma bivalvis oblonga, concava, acutiuscula, nuda, purpurascens; valvulis æqualibus, corolla longioribus, Corolla bivalvis; valvulis oblongis, æqualibus, concavis, acutis, glabris, valvula exteri-

*ore basi aristata: arista corolla duplo longior, medio flexa.*  
 Stam. Filamenta tria capillaria, brevia. Antheræ  
*hastatæ purpuræ Stig. villosa.*

*canescens.* 7. AIRA foliis setaceis, panicula coarctata erecta, flos-  
 culis aristatis gluma duplo brevioribus.

Aira foliis setaceis: summo paniculam inferne obvol-  
 vente. *Fl. suec. 74. Sp. pl. 97.*

Avena diantha, foliis setaceis, panicula stricta, aristas  
 clavatis. *Hall. hist. 1483.*

Gramen foliis junceis, radice jubata. *B. pin. 5. Th.*  
*72. Sch. agr. 243.*

Gramen miliaceum maritimum molle. *Pet. Conc.*  
*gr. 126. R. Syn. 405.*

*Anglis, grey Hair-grass.*

*Habitat in arenosis maritimis. V. VII. VIII.*

*Desc. Rad. perennis, fibrosa; Culmi plures, semipeda-*  
*les, obliqui, glabri. Folia radicalia fasciculata, setacea,*  
*scabra, rigida, glauca; caulina erecta, petiolata, in-*  
*voluta, acuta, scabra. Petiolus cylindricus vaginans*  
*scaber fere longitudine internodii: supremus spathaceus*  
*paniculam inferne obvolvens. Panicula oblonga, erecta,*  
*coarctata, ramosa; Spiculæ bifloræ, flosculo altero sessili,*  
*altero pedunculato, gluma duplo brevior. Gluma bival-*  
*vis: valvulis æqualibus, oblongis, acutis, carinatis, carina*  
*scabra. Corolla bivalvis: valvulis inæqualibus ob-*  
*longis concavis acutiusculis, glabris; valvula exterior*  
*media aristata; Arita longitudine glumæ, in medio*  
*cineta denticulis, infra crassior fusca, supra subclavata*  
*albida.*

*præcox.* 8. AIRA foliis setaceis: vaginis anglutatis, floribus pa-  
 niculato-spicatis, flosculis basi aristatis. *Sp. pl. 97.*

Gramen parvum præcox, panicula (potius spica) laxa  
 canescente. *R. Syn. 407. Pluk. ph. t. 33. f. 9.*

*Anglis, early Hair-grass.*

*Habitat in arenosis et sterilibus frequens. O. V. VI.*

*caryophyl-* 9. AIRA foliis setaceis, panicula trichotoma, floribus  
*lea.* aristatis divergentibus.

Aira foliis setaceis, panicula divaricata, floribus arista-  
 tis distantibus. *Sp. pl. 97.*

Aira

Aira foliis subulatis, aristis e basi flosculorum tortilibus, flosculo altero pedunculato. *Roy Lugdb.* 60.

Gramen paniculatum, locustis purpuro-argenteis, annuum. *R. Syn.* 407.

Gramen paniculatum purpuro-argenteum, locustis parvis, annuum. *Hist. Ox. III.* 200. t. 5. f. 11.

Caryophyllus arvensis glaber minimus. *B. pin.* 210. *pr.* 105.

*Anglis*, silver Hair-grass.

Habitat in pascuis arenosis frequens. ☉. VII.

MELICA. 82.

*Cal.* bivalvis, biflorus, Rudimentum floris inter flosculos.

1. MELICA petalis imberbibus, panicula secunda nutans, gluma uniflora.

Gramen avenaceum locustis rarioribus. *B. pin.* 10.

Gramen avenaceum spica mutica rariore gluma. *Hist. Ox. III.* t. 7. f. 49.

Gramen avenaceum nemorense, glumis rarioribus ex fusco zerampelinis. *R. Syn.* 403.

*Anglis*, wood Melic-grass.

Habitat in sylvis et sepibus frequens. ♀. VI. VII.

2. MELICA petalis imberbibus, panicula coarctata, secunda, erecta, subsimplici, floribus pendulis.

Melica petalis imberbibus, panicula nutante simplici. *Sp. pl.* 98. *Schreb. gram.* 62. t. 6. f. 1.

Melica floribus sub culmo pendulis. *Fl. lapp.* 36.

Gramen avenaceum, locustis rubris, montanum. *B. pin.* 10. *pr.* 20.

Gramen locustis rubris. *B. hist.* 11. 434. *Park.* 1151.

Gramen avenaceum gluma mutica montanum, locustis rubris. *Hist. Ox. III.* t. 7. f. 48.

*Anglis*, mountain Melic-grass.

Habitat in nemoribus montosis in comitatibus Eboracensi, Westmorlandico et Cumberlandico frequens. ♀. VI. VII.

## TRIANDRIA DIGYNIA.

## BRIZA. 84.

*Cal.* bivalvis, multiflorus. Spicula disticha: valvulis cordatis, obtusis: interiore minore.

- media.* 1. BRIZA spiculis ovatis calyce flosculis brevior. *Fl. suec.* 86. *dan.* 258. *Sp. pl.* 103.  
Gramen tremulum. *B. hist.* II. 469. majus. *B. pin.* 2. *R. Syn.* 412. *Sch. agr.* 204.  
Gramen tremulum s. phalaris media anglica prima an secunda. *Park.* 1165.  
Phalaris pratensis. *Ger. em.* 86.  
*Anglis*, middle Quaking-grass, Cow-quakes and Ladies-hair.  
Habitat in pratis et pascuis. 4. VI.

- minor.* 2. BRIZA spiculis triangulis, calyce flosculis longiore. *Hort. cliff.* 23. *Roy. lugdb.* 63. *Sp. pl.* 102.  
Gramen tremulum minus, panicula parva. *B. pin.* 2. *Hist. Ox.* III. 208. t. 6. f. 47.  
Gramen tremulum minus, panicula ampla, locustis parvis triangulis. *R. Syn.* 412.  
*Anglis*, small Quaking-grass.  
Habitat in pascuis. In *fersey*. Dr. Sherard. *R. Syn.* prope Bath. D. Alchorne. 4. VII.

## POA. 83.

*Cal.* bivalvis, multiflorus. Spicula ovata: valvulis ovato-acuminatis.

- aquatica.* 1. POA panicula erecta ramosa, spiculis ovato-linearibus, culmo erecto.  
Poa panicula diffusa, spiculis sexfloris linearibus. *Fl. suec.* 81. *Sp. pl.* 98.  
Poa altissima, foliis latissimis, panicula amplissima, locustis distichis multifloris. *Hall. hist.* 1454.  
Gramen paniculatum aquaticum latifolium. *B. pin.* 3. *Hist. Ox.* III. 201. t. 6. f. 25.  
Gramen aquaticum majus. *Ger. em.* 6. *R. Syn.* 411.  
*Anglis*, water Meadow-grass.  
Habitat in paludibus et ad ripas fluviorum. 4. VII. VIII.  
Desc. Culmus quadripedalis et sexpedalis, erectus, anceps, glaber. Folia ensiformia erecta, acuta, carinata,



nata, margine carinaque scabra. Petiolus vaginans, cylindricus striatus glaber. Stipula solitaria intrafoliacea, membranacea obtusa. Flores a quinque ad decem.

2. POA panicula diffusa ramosa, spiculis ovatis glomeratis, flosculis basi lanatis, foliis obtusis, culmo suberecto stolonifero. *pratensis.*

Poa panicula diffusa, spiculis quinquefloris glabris, culmo erecto tereti. *Sp. pl. 99.*

Gramen pratense paniculatum majus latiore folio, Poa Theophrasti. *B. pin. 2. th. 28. R. Syn. 409. Sch. agr. 117.*

Gramen pratense. *Ger. em. 2. vulgatus. Park. 1156.*

β Poa panicula diffusa ramosissima, spiculis sexfloris cordatis. *Sp. pl. 99.*

Poa latifolia, culmo debili, locustis quadrifloris, calycis glumis æqualibus, floralium dorso sericeo. *Hall. hist. 1156.*

Gramen alpinum paniculatum majus, panicula speciosa variegata. *Sch. agr. 186. pr. t. 3.*

γ Gramen alpinum latifolium, panicula laxa foliacea, vivipara, foliolis in panicula paucioribus et majus crispis. *Sch. agr. 212. t. 4. f. 14.*

*Anglis, great Meadow-grass β. γ. alpine Meadow-grass.*

Habitat in pratis et pascuis, β in montibus Westmorlandicis, Cumberlandicis, &c. γ in monte Snowdon. *U. VI. VII.*

Desc. Radix fibrosa repens, Culmi plures, erecti et subinde parum adscendentes, ancipites, glabri, stoloniferi, stolonibus subrepentibus. Folia ensiformia, margine scabra, obtusa, nuda, glauca, Petiolus vaginans carinatus striatus, glaber; Stipula intrafoliacea membranacea, obtusa. Spiculæ glomeratæ subpedunculatæ; flosculi a duobus ad sex basi et inferiore parte carinæ lanati.

3. POA panicula diffusa ramosa, spiculis ovatis glomeratis; flosculis basi lanatis, foliis acutis scabris, culmo suberecto. *trivialis.*

## TRIANDRIA DIGYNIA.

Poa panicula diffusa; spiculis subtrifloris basi pubescentibus, culmo erecto tereti. *Sp. pl.* 99.

Poa panicula diffusa, locustis trifloris, glabris. *Hall. hist.* 1465.

Gramen pratense paniculatum medium. *B. pin.* 2. *R. Syn.* 409. *Sch. agr.* 180.

Gramen pratense minus. *B. hist. II.* 542. *Ger. em.* 2. *Park.* 1156.

palustris.  $\beta$  Poa panicula diffusa, spiculis subtrifloris pubescentibus, foliis subtus scabris. *Sp. pl.* 98.

Gramen paniculatum aquaticum angustifolium, panicula speciosa. *Sch. agr.* 184.

Gramen palustre panicula speciosa. *B. pin.* 3. *pr.* 7. *Hist. Ox. III.* 201. *t.* 6. *f.* 27.

setacea.  $\gamma$  Poa panicula diffusa, spiculis trifloris pubescentibus, foliis radicalibus-setaceis. *Fl. Angl.* 34.

*Anglis*, common Meadow-grass,  $\beta$ . marsh Meadow-grass,  $\gamma$ . hair-leav'd Meadow-grass.

Habitat in pratis et pascuis,  $\beta$ . in aquosis inter Arundines et Poam aquaticam frequens. *4.* VI. VII.

Desc. Radix fibrosa; Culmi plures a semi ad quadripedales erecti, subinde adscendentes, ancipites, glabri. Folia petiolata ensiformia acuminata, scabra, in aridis involuta ut setacea apparent. Petiolus vaginans carinatus striatus, scaber; Stipula intrafoliacea membranacea, acuminata. Panicula patens ramosa: ramis triangulis scabris; Spiculæ ovatæ bi s. triflores rarissime quatuor, glomeratæ, subpedunculatæ, pedunculis brevissimis, flosculi acuti, basi et parte inferiore carinæ lanati.

angustifolia. 4. POA panicula diffusa erectiuscula, spiculis ovatis pedunculatis, pedunculis divaricatis, flosculis basi pilosis, foliis acutis, culmo erecto.

Poa panicula diffusa, spiculis quadrifloris pubescentibus, culmo erecto tereti. *Sp. pl.* 99. *Fl. suec.* 81.

Poa foliis duris se convolventibus, locustis quadrifloris villosis. *Hall. hist.* 1460.

Gramen pratense paniculatum majus angustiore folio. *B. pin.* 2. *pr.* 5. *Hist. Ox. III.* 201. *t.* 5. *f.* 19. *Sch.* 178.

$\beta$  Poa

β Poa panicula attenuata, spiculis subbifloris mucrona- nemora-  
tis scabris, culmo incurvo. *Sp. pl.* 102. lis.

Poa culmo debili panicula nutante, locustis bifloris,  
folliculis subvillosis. *Hall. hist.* 1469.

Gramen paniculatum angustifolium alpinum, locustis  
rarioribus et angustioribus non aristatis. *Sch. agr.*  
164. *pr. t.* 2.

*Anglis*, narrow-leaved, β. wood Meadow-grafs.

Habitat in sylvis et sepibus frequens. 4. VI. VII.

Desc. Radix repens, Culmi plures erecti, ancipites, ge-  
niculati, glabri, nitidi. Folia petiolata, ensiformia, a-  
cuta, scabriuscula; Petiolus vaginans carinatus, gla-  
ber, nitidus. Stipula intrafoliacea brevissima, obtusa.  
Panicula diffusa, erectiuscula, ramosa, ramis angu-  
latis divaricatis, scabris. Spiculæ ovatæ, acutæ, pe-  
dunculatæ; Flosculi ab uno ad sex acuti basi pilosi.

5. POA panicula secunda patente, spiculis ovatis, flos- bulbosa.  
culis acutis glabriusculis, culmo erecto basi bulboso.

Poa panicula secunda patentiuscula, spiculis quadri-  
floris. *Sp. pl.* 102.

Poa foliis bulbosis, panicula diffusa, locustis quadri-  
floris folliculis subvillosis. *Hall. hist.* 1461.

Gramen arvense panicula crispa. *B. pin.* 3. *pr.* 6.  
*Barr. ic.* 730. longiore nostras. *Pluk. alm.* 176.

Gramen vernum, radice ascalonitis. *Vaill. paris. t.* 17.  
*f.* 8.

*Anglis*, bulbose Meadow-grafs.

Habitat in pratis et pascuis. 4. V. VI.

Desc. Radix fibrosa, Culmi plures erecti, teretes, basi  
bulbosi. Folia ensiformia, acutiuscula, nuda, glauca.  
Panicula ramosa, ramis angulatis, scabriusculis, spi-  
culis ovatis acutis, flosculi tres, quatuor subinde quin-  
que acuti, basi subpilosi.

6. POA panicula coarctata secunda erecta, culmo ad- compressa.  
scendente compresso.

Poa panicula coarctata secunda, culmo obliquo com-  
presso. *Fl. succ.* 84. *Sp. pl.*

Poa culmo compresso declinato, locustis distichis, sex-  
floris. *Hall. hist.* 1455.

Gramen

## TRIANDRIA DIGYNIA.

Gramen pratense medium, culmo compresso. *Bud. H.*  
*S. R. syn. 409.*

Gramen murorum, radice repente. *B. pin. 2. pr. 2.*

Gramen paniculatum radice repente, culmo compresso. *Vaill. paris. 91. t. 18. f. 5.*

*Anglis, creeping Meadow-grafs.*

Habitat in locis siccis, tectis, muris.  $\Psi$ . VI. VII.

annua. 7. POA panicula secunda patente, ramis binatis, culmo obliquo ancipiti.

Poa panicula diffusa, angulis rectis, spiculis obtusis, culmo obliquo compresso. *Sp. pl.*

Poa culmo infracto, panicula triangulari, locustis trifloris glabris. *Hall. hist. 1466.*

Gramen pratense minus s. vulgatissimum. *R. syn. 408.*

Gramen pratense paniculatum minus. *B. pin. 3.*

Gramen pratense minimum album et rubrum. *Ger. em. 3. Park. 1156.*

*Anglis, annual Meadow-grafs.*

Habitat in pratis et pascuis ubique.  $\odot$ . II—X.

maritima. 8. POA panicula coarctata secunda ramosa, ramis binatis, spiculis oblongis; flosculis obtusis, foliis involutis acutis, culmo obliquo tereti.

Gramen paniculatum maritimum vulgatissimum. *R. syn. 409.*

$\beta$  Gramen caninum maritimum paniculatum. *R. syn. 410.*

*Anglis, sea Meadow-grafs.*

Habitat in littoribus maritimis frequens.  $\Psi$ . VI. VII.

Desc. Radix perennis repens. Culmus obliquus semipedalis & pedalis, teres, glaber. Folia petiolata ensiformia, patentia, involuta, acuminata, nuda. Panicula secunda oblonga, coarctata, erecta, ramosa; Ramis binatis, infimis subinde patentiusculis. Spiculæ oblongæ. Flosculi a tribus ad septem vel octo, obtusiusculi glabri.

rigida. 9. POA panicula lanceolata secunda ramosa, ramis solitariis, spiculis linearibus, culmo suberecto.

Poa panicula lanceolata, subramosa secunda: ramulis alternis secundis. *Syst. Nat. 93. Sp. pl. 101.*

Gramen

Gramen panicula multiplici. *B. pin.* 3. *Park.* 1157.

Gramen loliaceum murorum duriusculum, spica erecta rigida. *Hist. Ox. III.* 182. t. 2. f. 9.

Gramen exile duriusculum in muris et aridis proveniens. *R. Syn.* 410.

*Anglis*, hard Meadow-grafs.

Habitat in muris, tectis et arenosis frequens. ☉. VII.

Obs. Numerus flosculorum in spiculis a tribus ad novem variat.

10. POA spicata; spiculis secundis erectis sessilibus. *loliacea.*

*Triticum maritimum*, calycibus multifloris mucronatis, spica ramosa. *Syst. Nat.* 102.

Gramen pumilum loliaceo simile. *R. syn.* 395.

Gramen exile duriusculum maritimum, foliolis circumvolutis, veluti junceis brevibus. *Pluk. phyt.* 32. t. 7.

Gramen maritimum, panicula loliacea. *B. pin.* 8: pr. 19. *Hist. Ox. III.* t. 2. f. 6.

*Anglis*, spiked Meadow-grafs.

Habitat in arenosis maritimis frequens. ☉. VI. VII.

Obs. Spica subsecunda basi subinde ramosa, ramis brevissimis erectis, Spiculæ ovatæ; Flosculi a tribus ad decem, glabri.

DACTYLIS. 86.

*Cal.* bivalvis, compressus: altera valvula majore carinata.

1. DACTYLIS spicis sparsis secundis scabris numerosis. *Læf. hisp.* 115. *Sp. pl.* 104. *cynosuroides.*

Gramen sparteum ferotinum, capite bifido vel gemino. *Merr. pin.*

Sparteum Effexianum, spica gemina clausa. *Pet. conc. gr.* 35. *R. Hist. III. App.* 248. *Syn.* 393.

*Anglis*, smooth Cocks-foot-grafs.

Habitat in palustribus maritimis passim. ☿. VII. VIII.

2. DACTYLIS panicula secunda glomerata. *Sp. pl. glomeratus.* 105. *Schreb. gram.* 72. t. 8. f. 2.

Poa flosculis confertis uno versu dispositis. *Hort. Cliff.* 28. *Roy. lugdb.* 62.

Bromus

## TRIANDRIA DIGYNIA.

*Bromus locustis tetranthis fasciculatis imbricatis. Hall. hist. 1512.*

*Gramen spicatum folio aspero. B. pin. 3. pr. 59. th. 45.*

*Gramen pratense spica multiplici rubra. Park. 1161.*

*Gramen asperum. J. Baub. hist. II. 496. R. syn. 400.*

*Gramen panicula torosa pratense asperum. Hist. Ox. III. 202. t. 6. f. 38.*

*Anglis, rough Cocks-foot-grafs.*

*Habitat in pratis et pascuis. 4. VI—VIII.*

## FESTUCA. 88.

*Cal. bivalvis. Spicula oblonga teretiuscula, glumis acuminatis.*

*\* Panicula secunda.*

- ovina.* 1. **FESTUCA** panicula secunda coarctata subaristata, glumis acuminatis, culmo tetragono nudiusculo, foliis setaceis. *Sp. pl. 108.*  
*Festuca foliis perangustis, panicula stricta, locustis quinquefloris, hirsutis. Hall. hist. 1442.*  
*Gramen capillaceum, locustellis pennatis non aristatis. Pluk. ph. t. 34. f. 2. R. syn. 410.*  
*Gramen loliaceum, foliis brevibus junceis, minus. Hist. Ox. III. 182. t. 3. f. 13.*  
*Gramen, foliolis junceis brevibus, majus, radice nigra. B. pin. 5. Sch. agr. 276.*
- vivipara. β* *Festuca spiculis viviparis. Fl. Suec. 94.*  
*Gramen sparteum-montanum, spica foliacea graminea, majus et minus. R. syn. 410. t. 22. f. 1.*  
*Anglis, sheeps Fescue-grafs. Still. misc. t. 8.*  
*Habitat in pratis et pascuis siccioribus, præsertim glareosis. β in montibus Cambro-britannicis, Eboracensibus, Westmorlandicis. 4. VI. VII.*  
*Obs. Numerus flosculorum in singula spicula a tribus ad sex. Flosculi frequentissime acuminati sive acuminato-aristati, rarissime aristati.*

- duriuscula.* 2. **FESTUCA** panicula secunda oblonga ramosa, ramis subbinatis, spiculis oblongis aristatis, foliis radicalibus setaceis.

**Festuca**

Festuca panicula secunda, oblonga, spiculis sexfloris oblongis lævibus, foliis setaceis. *Sp. pl.* 108.

Festuca foliis hirsutis latiusculis, locustis paniculatis quinquefloris, aristatis, glabris. *Hall. hist.* 1435.

Gramen pratense panicula duriore laxa unam partem spectante. *R. syn.* 413. t. 19. f. 1. *Sch. agr.* 285.

β Festuca panicula spiciformi pubescente, foliis filiformibus. *Sp. pl.* 109? dumetorum.

*Anglis*, hard Fescue-grafs.

Habitat in pratis et pascuis siccis β in sylvis et ad sepes. 4. VI. VII.

Obs. Variant Foliis radicalibus setaceis et filiformibus, scabriusculis, caulinis planis et canaliculatis, nudis; Spiculis a quatuor ad decem flores; glabris et pubescentibus.

3. FESTUCA panicula secunda scabra, spiculis sexfloris *rubra*. aristatis, flosculo ultimo mutico, culmo semitereti. *Sp. pl.* 109.

Festuca foliis perangustis, locustis teretibus, quinquefloris, aristatis oris membranaceis. *Hall. hist.* 1440.

Gramen alpinum pratense, panicula duriore laxa spadicæ, locustis majoribus. *Sch. agr.* 287. t. 6. f. 9.

*Anglis*, purple Fescue-grafs.

Habitat in erectis et pascuis montosis in comitatu Westmorlandico. 4. VII.

4. FESTUCA panicula secunda oblonga erecta ramo- *cambrica*. sa, spiculis aristatis lævibus, foliis planiusculis, nudis.

*Anglis*, welsh Fescue-grafs.

Habitat in summis montibus circa Llanberis copiose. 4. VII. VIII.

Desc. Radix perennis fibrosa. Culmus subpedalis obliquus, teres, foliatus, glaber, bi s. triarticulatus. Folia radicalia erectiuscula, ensiformia, acutiuscula, canaliculata nuda; caulina duo aut tria, petiolata, acutiuscula plana, nervosa, nuda. Petiolus vaginans, cylindricus striatus, hirsutus. Stipula membranacea, vaginans, obtusa. Panicula secunda, oblonga, subcoarctata basi ramosa. Spiculæ pedunculatæ, subsexfloræ, ovatæ subulato-aristatæ, læves; aristis brevibus. Pedunculi

## TRIANDRIA DIGYNIA.

dunculi longitudine fere Spiculæ. affinis Festucæ duriusculæ.

- bromoides.* 5. FESTUCA panicula secunda, spiculis erectis lævibus, calycis altera valvula integra, altera acuminata. *Sp. pl.* 110.  
Festuca foliis fetaceis, panicula erecta, locustis glabris, longius aristatis. *Hall. hist.* 1443.  
Gramen paniculatum bromoides minus, paniculis aristatis unam partem spectantibus. *R. syn.* 415. *hist.* 1287. *Pluk. phyt. t.* 33. *f.* 10. *Sch.* 297.  
*Anglis*, barren Fescue-grafs.  
Habitat in muris et pascuis arenosis. ☉. VI. VII.
- myurus.* 6. FESTUCA panicula secunda lineari scabra, ramis subfolitariis adpressis, glumæ altera valvula brevissima mutica, floribus aristatis; aristis longis.  
Festuca panicula spicata nutante, calycibus minutissimis muticis, floribus scabris; aristis longis. *Sp. pl.* 109. *Roy. lugdb.* 68.  
Gramen murorum spica longissima. *Ger. em.* 31. *Hist. Ox. III.* 215. *t.* 7. *f.* 43. *R. syn.* 415.  
Gramen spica nutante longissima. *Park.* 1162.  
*Anglis*, wall Fescue-grafs.  
Habitat in muris et locis agrorum sterilioribus et siccioribus. ☉. VI.
- fluitans.* 7. FESTUCA panicula secunda erecta subramosa, ramis solitariis binatisque, spiculis teretibus linearibus muticis; foliis planis; culmo ancipiti. *Fl. dan.* 237.  
Festuca panicula ramosa erecta, spiculis subsessilibus teretibus muticis. *Sp. pl.* 111. *Schreb. gram.* 37. *t.* 3.  
Poa locustis teretibus multifloris, glumis floralibus exterioribus truncatis, interioribus bifidis. *Hall. hist.* 1453.  
Gramen fluviatile. *Ger. em.* 14. *Park.* 1275.  
Gramen aquaticum fluitans, multiplici spica. *B. pin.* 2.  
Gramen aquaticum cum longissima panicula. *B. hist.* II. 490. *R. syn.* 412.



8 Festuca spicata, spiculis alternis, sessilibus, compressis, loliacea. muticis. *Fl. Angl.* 38.

Poa locustis distichis, spiculis muticis. *Hall. hist.* 1452. pratens-

7 Festuca panicula secunda, erecta, spiculis linearibus fis. muticis, foliis planis. *Fl. angl.* 37.

Poa foliis latis asperis, locustis teretibus, muticis, glumarum oris membranaceis. *Hall. hist.* 1451.

Gramen paniculatum elatius, spicis longis muticis et squamosis. *R. syn.* 411.

*Anglis*, fote β spiked, γ. meadow Fescue-grafs.

Habitat in aquosis et fossis. β. γ. in pascuis. 4. VI. VII.

Obs. Spiculæ lineares subinde γ in locis aridis, ovatae. Flosculi numero variant a quatuor ad decem in α. et β. obtusi in γ in locis aridis acuminati. α. sata in hortis mutatur in β et γ. primo anno in β secundo in γ.

8. FESTUCA panicula secunda erecta ramosa, ramis elatior. binatis, spiculis ovatis subaristatis; foliis planis.

Festuca panicula secunda ramosa erecta, spiculis subaristatis; exterioribus teretibus. *Sp. pl. III. Schreb. gram.* 34. t. 2.

Festuca locustis teretibus multifloris, glumis semimembranaceis, breviter aristatis. *Hall. hist.* 1433.

Gramen loliaceum, spica divisa, pratense majus. *Hist. Ox. III.* 184. t. 2. f. 15.

Gramen paniculatum nemorosum, latiore folio, glabrum panicula nutante non aristata. *R. syn.* 411.

Gramen arundinaceum aquaticum, panicula avenacea. *R. syn.* 411.

*Anglis*, tall Fescue-grafs.

Habitat in pratis et pascuis et ad sepes. 4. VI. VII.

Obs. habet multa communia cum præcedente: an distincta sit species? merito dubitatur.

\*\* Panicula æquali.

9. FESTUCA panicula erecta, spiculis subovatis muti-decumbentibus, calyce flosculis majore, culmo decumbente. *Sp. bens. pl.* 110. *Fl. suec.* 93.

Festuca locustis teretibus muticis, octofloris, flosculis alternis imperfectis. *Hall. hist.* 1434.

Gramen

## TRIANDRIA DIGYNIA.

Gramen avenaceum parvum procumbens, paniculis non aristatis. *R. syn.* 408. *Pluk. ph. t.* 34. *f.* 1.

Gramen triticeum palustre, humilius, spica mutica brevior. *Hist. Ox. III.* 177. *t.* 1. *f.* 6.

*Anglis*, decumbent Fescue-grafs.

Habitat in pascuis sterilibus subhumidis. 4. VIII.

*pinnata.* 10. FESTUCA spicata, subdisticha; spiculis alternis, teretibus, aristatis.

Bromus culmo indiviso, spicis alternis subsessilibus teretibus flosculis arista longioribus. *Fl. Angl.* 41.

Bromus culmo indiviso, spicis alternis, subsessilibus teretibus. *Fl. suec.* 100. *Sp. pl.* 115.

Triticum spicis distichis, locustis teretibus hirsutis, aristatis, duodecimfloris. *Hall. hist.* 1431.

Gramen spica brizæ majus. *B. pin.* 9. *pr.* 19. *th.* 133. *R. Syn.* 392.

*sylvatica.* β Festuca spicata, spiculis alternis subdistichis sessilibus aristatis. *Fl. Angl.* 38. *Danic.* 164.

Triticum locustis remotis, hirsutis, teretibus exiguis, culmis floriferis gracilibus. *Hall. hist.* 1432.

Festuca dumetorum. *B. pr.* 69. *th.* 148.

Gramen avenaceum dumetorum spicatum. *R. Syn.* 394. *Anglis*, spiked Fescue-grafs.

Habitat in pratis, solis cretaceo et calcareo: β in sylvis et sepibus. 4. VII.

Obs. α. Planta glabra, luteo-viridis, Folia inferiora subinde parum pilosa, arista flosculis brevior, β. Planta pilosa, arista flosculis longior. Flores in α. et β. α. sex ad duodecim.

## BROMUS. 89.

*polymorphus.* Cal. bivalvis. Spicula oblonga, teres, disticha; arista infra apicem.

*mollis.* 1. BROMUS panicula erectiuscula subsimplici, spiculis ovatis, floribus obtusis, aristis rectis.

α Bromus panicula erectiuscula, spicis ovatis aristis rectis, foliis mollissime villosis. *Sp. pl.* 112. *Schreb. gram.* 60. *t.* 6. *f.* 2.

Bromus hirsutus, locustis septifloris, ovato-conicis. *Hall. hist.* 1504.

Festuca

Festuca avenacea hirsuta, paniculis minus sparsis. R.

Syn. 414.

Gramen avenaceum pratense, panicula squa nata et villosa. *Hist. Ox. III. 213. t. 7. f. 18.*

♀ Festuca avenacea spicis strigosioribus, e glumis glabris compactis. R. Syn 414.

γ Bromus panicula patente, spiculis ovatis, aristis rectis. *secalinus.*  
*Sp. pl. 112.*

Bromus foliis glabris, locustis duodecimfloris. *Hall. hist. 1502.*

Festuca avenacea spicis habitioribus, glumis glabris.  
R. Syn. 414.

Gramen avenaceum segetale majus, gluma turgidiore.  
*Hist. Ox. 3. III. 212. t. 7. f. 16.*

♂ Gramen avenaceum pratense, gluma tenuiore glabra.  
*Hist. Ox. III. 213. t. 7. f. 19.*

*Anglis, field Brome-grafs.*

Habitat in pratis et pascuis, γ. δ. in arvis. ☉. V. VI.

Obs. α. Tota plana mollissime hirsuta. β. Foliis hirsutis, panicula glabriuscula. γ. Tota planta glabra. δ. Foliis inferioribus parum hirsutis, panicula glabra.

2. BROMUS panicula simplici subnutante, spicis ova-*squarrosis* tis, floribus obtusis; aristis divaricatis.

Bromus panicula nutante, spicis ovatis: aristis divaricatis. *Sp. pl. 112.*

Festuca graminea, glumis vacuis. *Sch. agr. 251. t. 5. f. 11.*

Gramen phalaroides acerosum, nutante spica. *Bar. ic. 24. f. 1.*

*Anglis, corn Brome-grafs.*

Habitat in arvis prope Glastenbury, in comitatu Somersetiensi et Marshfield in Suffexia. ☉. VII.

3. BROMUS panicula subsimplici erecta, spiculis ovato-*erectus* oblongis, floribus acuminato-aristatis glabris.

Bromus racemo simplicissimo, pedunculis unifloris, floribus subsexfloris lævibus aristatis. *Sp. pl. 114?*

Festuca avenacea sterilis spicis erectis. R. Syn. 413.  
*Pluk. ph. t. 299. f. 2.*

Festuca avenacea sterilis, pediculis brevibus et spicis erectis. *Hist. Ox. III. 212. t. 7. f. 13.*

E

♀ Bromus

- arvensis.  $\beta$  Bromus panicula nutante, spiculis ovato-oblongis.  
*Sp. pl.* 113. *Fl. suec.* 97?  
 Festuca elatior paniculis minus sparsis, locustis oblongis strigosis, aristis purpureis splendentibus. *R.*  
*Syn.* 414.  
*Anglis*, upright Brome-grass.  
 Habitat in pratis et pascuis cretaceis frequens  $\beta$ . in arvis.  
 4. VI. VII.  
 Obs. Folia plana, et in locis siccioribus involuta, pilosa;  
 Panicula simplex  $\beta$  basi subramosa glabra, Spiculis ovato-oblongis lævibus, flosculi a quinque ad octo aristati; aristis rectis brevibus.
- muralis. 4. BROMUS panicula patulo-erecta simplici, spiculis linearibus, floribus acuminatis scabris, aristis longis.  
 Bromus panicula patulo-erecta, spiculis linearibus: intermediis geminis, pedicellis incrassatis. *Amæn. ac.* IV. 265. *Sp. pl.* 114.  
 Bromus sterilis, erecta panicula major. *Barr. ic.* 76. f. 1.  
 Gramen bromoides pumilum, locustis erectis majoribus aristatis. *Sch. agr.* 260.  
*Anglis*, wall Brome-grass.  
 Habitat in muris antiquis; circa Londinum et Oxonium.  $\odot$ . V.  
 Desc. Radix annua, fibrosa; Culmi plures pedales erecti, teretes, villosi. Folia petiolata, ensiformia, villosa; Petiolus vaginans, villosus. Stipula membranacea, obtusa. Panicula subsimplex, parte florente patula, deflorata erecta. Pedunculi subunispiculi, scabri. Spiculæ lineares; Gluma multiflora, bivalvis, inæqualis carinata, carina scabra. Corolla bivalvis, inæqualis; Valvula exterior, aristata, villosa-scabra, acuta carinata, arista longa, scabra. Valvula interior oblonga, ciliata, obtusa, plana; variat colore, viridi et rubente.  
 Conf. *Bromus rubens*?
- sterilis. 5. BROMUS panicula nutante ramosa, ramis quaternis, spiculis oblongis, glumis subulato-aristatis.  
 Bromus panicula patula, spiculis oblongis distichis, glumis subulato-aristatis. *Sp. pl.* 113.

Festuca

Festuca avenacea sterilis elatior seu Bromos Dioscoridis. *B. pin.* 9. *Th.* 146. *Hist. Ox.* III. 212. t. 7. f. 11. *R. Syn.* 412.

Bromos herba five avena sterilis. *Park.* 1147.

Bromos sterilis. *Ger. em.* 76.

*Anglis*, barren Brome-grafs.

Habitat in sylvis, sepibus et ad margines agrorum frequens. ☉. VI. VII.

6. BROMUS panicula ramosa nutante, ramis binatis, *giganteus*.  
spiculis subquadrifloris, arista brevioribus.

Bromus panicula nutante, spiculis quadrifloris aristis brevibus. *Fl. suec.* 99. *It. scan.* 394. *Sp. pl.* 114. *Schr. gr.* 88. t. 11.

Bromus glaber, locustis quadrifloris nutantibus, aristis longissimis. *Hall. hist.* 1510.

Gramen sylvaticum glabrum panicula recurva. *Vaill. paris.* 93. t. 18 f. 3.

Gramen avenaceum glabrum, panicula e spicis raris strigosis composita, aristis tenuissimis. *R. Syn.* 415.

Gramen bromoides aquaticum latifolium, panicula sparsa tenuissime aristata. *Sch. agr.* 264. t. 5. f. 17. *Anglis*, tall Brome-grafs.

Habitat in sylvis et sepibus subhumidis. ☿. VII. VIII.

Obs. habet multa communia cum sequente; an species distincta?

BROMUS panicula ramosa nutante scabra, ramis binatis, spiculis linearibus teretibus arista longioribus. *nemoralis*.

Bromus foliis hirsutis, per oras asperrimis, locustis glabris, teretibus, novemfloris. *Hall. hist.* 1503.

Festuca graminea nemoralis latifolia mollis. *B. pin.* 9. *Th.* 144.

Gramen avenaceum dumetorum, panicula sparsa. *R. syn.* 415.

Gramen avenaceum dumetorum, juba longiore, spica divisa. *Hist. Ox.* III. 213. t. 7. f. 27.

*Anglis*, wood Brome-grafs.

Habitat in sylvis et sepibus frequens ☉. VII. VIII.

A V E N A. 91.

*Cal.* bivalvis, multiflorus; arista dorsali contorta.

- nuda.* 1. AVENA paniculata, calycibus trifloris, receptaculo calycem excedente, petalis dorso aristatis. *Sp. pl.* 118.  
 Avena nuda. *B. pin.* 23. *hist. II.* 433. *Ger. em.* 75.  
*Park.* 1134. *R. Syn.* 389.  
*Anglis*, naked Oats or Pilecorn.  
 Habitat in arvis sed rarius. In extrema Cornubia prope Belerium, promontorium copiose feritur. *R. Syn.* in Staffordshire, Dr. Plot. ☉. VII.
- fatua.* 2. AVENA paniculata, calycibus trifloris, flosculis basi pilosis: aristis totis lævibus. *Sp. pl.* 118. *Fl. suec.* 101.  
 Avena sylvestris pilosa, aristis recurvis. *Hist. Ox.* III. 209. t. 7. f. 5.  
 Avena triantha, locustis patulis, folliculis villosis. *Hall. hist.* 1495.  
 Festuca utriculis lanugine flavescens. *B. pin.* 10.  
 Ægilops quibusdam aristis recurvis, s. Avena pilosa. *B. hist. II.* 433. *R. Syn.* 489.  
 Ægilops bromoides. *Ger. em.* 77. Belgarum. *Park.* 1148.  
*Anglis*, bearded Oat-grass.  
 Habitat in arvis. ☉. VII. VIII.
- pratensis.* 3. AVENA panicula simplici, glumis quinquefloris, foliis involutis nudis.  
 Avena subspicata, calycibus quinquefloris. *Sp. pl.* 119.  
 Avena petiolis unifloris, brevibus, locustis teretibus quinquefloris, basi pubescentibus. *Hall. hist.* 1499.  
 Gramen avenaceum montanum, spica simplici, aristis recurvis. *R. syn.* 405. t. 21. f. 1.  
*Anglis*, meadow Oat-grass.  
 Habitat in ericetis, pratis montosis præsertim solo cretaceo. ☽. VII.
- pubescens.* 4. AVENA panicula ramosa, glumis subtrifloris, receptaculis barbatis, foliis planis pubescentibus.  
 Avena calycibus subtrifloris basi pilosis, foliis planis pubescentibus. *Fl. angl.* 42. *Sp. pl.* 1165.  
 Avena triantha, locustis teretibus erectis, petalis sericeis, gluma exteriori lacera. *Hall. hist.* 1498.  
 Gramen avenaceum hirsutum, panicula purpuro-argentea splendens. *R. Syn.* 406. t. 21. f. 2.  
*Anglis*,

*Anglis*, rough Oat-grafs.

Habitat in pratis et pascuis cretaceis, prope Northfleet et supra Banstead Downs copiose. 4. VI.

5. AVENA panicula laxa, calycibus trifloris brevibus, *flavescens*. flosculis omnibus aristatis. *Sp. pl.* 118. *Schreb. gram.* 76. t. 9.

*Avena triantha*, locustis teretibus, calycina gluma altera minima, petiolo villoso. *Hall. hist.* 1497.

*Gramen avenaceum pratense elatius*, panicula flavescente, locustis parvis. *R. Syn.* 407. *Sch. agr.* 223.

*Gramen avenaceum*, spica sparsa flavescente, locustis parvis. *Hist. Ox.* III. 215. t. 7. f. 24.

*Anglis*, yellow Oat-grafs.

Habitat in pratis et pascuis. 4. VII.

Obs. variat gluma biflora.

6. AVENA paniculata, calycibus bifloris, flosculo hermaphrodito submutico, masculino aristato. *Sp. pl.* 116. *Schreb. gram.* 25. t. 1.

*Avena diantha*, folliculis basi villosis, majoris arista geniculata. *Hall. hist.* 1492.

*Gramen caninum nodosum*. *Ger. em.* 23. f. bulbosum vulgare. *Park.* 1175.

*Gramen nodosum avenacea panicula*. *B. pin.* 2. pr. 3. *R. Syn.* 406.

*Gramen avenaceum elatius*, juba longa splendente. *R. meth.* 179.

*Anglis*, tall Oat-grafs.

Habitat in pratis et pascuis. 4. VI.—VIII.

ARUNDO. 93.

*Cal.* bivalvis. Flosculi congesti, lana cincti.

1. ARUNDO calycibus quinquefloris, panicula laxa. *phragmites*. *Roy. lugdb.* 66. *Gron. virg.* 137. *Sp. pl.* 120.

*Arundo foliis secantibus*, locustis trifloris, papposis, muticis. *Hall. hist.* 1515.

*Arundo vulgaris* s. *phragmites* Dioscoridis. *B. pin.* 17.

*Arundo vallatoria*. *Ger. em.* 36. *R. Syn.* 401.

*Arundo vulgaris* sive *vallatoria*. *Park.* 1208.

*Anglis*, common Reed-grafs.

Habitat in fluviis, lacubus, fossis. 4. VII.

- Calamagrostis*. 2. ARUNDO calycibus unifloris lævibus, corollis lanuginosis, culmo ramoso. *Sp. pl.* 120. *Fl. dan.* 280.

Arundo locustis unifloris, muticis, panicula alterne contracta. *Hall. hist.* 1519.

Gramen arundinaceum, panicula molli spadicea, majus. *B. pin.* 7. *Sch. agr. pr. t.* 5. *R. Syn.* 401.

Gramen tomentosum arundinaceum. *Ger. em.* 9.

Calamagrostis f. gramen tomentosum. *Park.* 1182.

*Anglis*, wood Reed-grafs.

Habitat in sylvis et sepibus subhumidis. Inter Newington et Hornsey. 4. VI. VII.

Obs. nunquam vidi culmo ramoso.

- epigejos*. 3. ARUNDO calycibus unifloris, panicula erecta, foliis subtus glabris. *Sp. pl.* 120. *Fl. suec.* 106.

Arundo locustis unifloris, sericeis, muticis, panicula stricta. *Hall. hist.* 1520.

Gramen arundinaceum paniculatum montanum, panicula spadiceo-viridi, semine papposo. *Sch. agr.* 124.

Calamagrostis minor glumis rufis et viridibus. *Pet. conc. gr. n.* 69. *R. Syn.* 401.

*Anglis*, small Reed-grafs.

Habitat in sylvis et sepibus humidis, circa Oundle in comitatu Leicestrensi. *R. syn.* circa Ranaugh in Norfolk. 4. VI. VII.

- arenaria*. 4. ARUNDO calycibus unifloris, foliis involutis mucronato-pungentibus. *Sp. pl.* 121.

Gramen spartheum spicatum, foliis mucronatis longioribus vel spica secalina. *B. pin.* 5. *th.* 67. *R. Syn.* 393.

Spartum marinum nostras. *Park.* 1198.

Spartum anglicanum. *Ger. em.* 42.

*Anglis*, sea Reed-grafs.

Habitat in littoribus maritimis arenosis. 4. VI. VII.



LOLIUM. 95.

*Cal. monophyllus, fixus, multiflorus.*

1. LOLIUM spica mutica, spiculis calyce longioribus. *perenne.*  
 Lolium spica mutica: spiculis compressis multifloris.  
*Sp. pl. 122.*  
 Lolium radice perenni, locustis contiguis, octofloris.  
*Hall. hist. 1416.*  
 Gramen loliaceum angustiore folio et spica. *B. pin. 9.*  
*R. Syn. 395. Sch. agr. 255.*  
 Lolium rubrum. *Ger. em. 78. f. Phœnix. Park. 1145.*
- β Lolium spica mutica tereti, spiculis trifloris. *Sp. pl. 122. tenue.*  
 δ Gramen loliaceum paniculatum. *R. syn. 595.*  
*Anglis, perennial Darnel-grafs.*  
*Habitat in pratis et pascuis, et ad vias. 4. VI.*
2. LOLIUM spica subaristata, spiculis calyce æqualibus. *temulentum.*  
 Lolium spica aristata: spiculis compressis multifloris. *tum.*  
*Sp. pl. 122.*  
 Lolium annuum, locustis diffitis. *Hall. hist. 1420.*  
 Lolium album. *Ger. em. 78. Park. 1146. R. Syn. 396.*  
 Gramen loliaceum spica longiore. *B. pin. 9. th. 121.*  
*Anglis, annual Darnel-grafs.*  
*Habitat in arvis. ☉. VII.*
3. LOLIUM panicula secunda simplici, spiculis aristatis. *bromoides.*  
 Festuca avenacea sterilis paniculis confertis erectioribus aristis brevioribus. *R. Syn. 413. t. 16. f. 2.*  
 Festuca avenacea sterilis humillima, spica unam partem spectante. *Pet. Conc. gr. n. 101.*  
*Anglis, sea Darnel-grafs.*  
*Habitat in littoribus maritimis, in arena mobili. ☉. V. VI.*  
 Desc. Radix annua fibrosa. Culmi plures a semipedales ad pedalem, obliqui, tereti, glabri, subramosi. Folia petiolata ensiformia subinvoluta, acuta, nuda, petiolo valde breviora. Petiolus vaginans, ventricosus, nudus. Stipula membranacea obtusiuscula. Panicula secunda, simplex; Spiculæ pedunculatæ, lineares, a quatuor ad octo flores. Pedunculis brevibus incrassatis,

## TRIANDRIA DIGYNIA.

*tis, scabris. Guma univalvis, linearis, concava, aristata. Corolla bivalvis, inæqualis: Valvula exterior major linearis, carinata, aristata, scabra, Valvula interior brevior, linearis, plana, mutica. Arista flosculo duplo longior.*

## E L Y M U S. 56.

*Cal. lateralis, bivalvis, aggregatus, multiflorus.*

- arenari-* I. ELYMUS spica erecta arcta, calycibus tomentosis  
*us.* flosculo longioribus. *Spec. pl. 122.*  
Elymus foliis mucronato-pungentibus. *It. scan. 336.*  
Gramen sparteum spicatum latifolium. *B. pin. 5.*  
*th. 67?*  
Spartum herba IV. Batavicum. *Clus. hist. 221?*  
*Anglis, sea Lyme-grass.*  
Habitat in littoribus maritimis, in arena mobili, in In-  
sula Bute; et prope Exmouth, in Devoniam. *¶. VII.*  
*VIII.*

## H O R D I U M. 98.

*Cal. lateralis, bivalvis, uniflorus, ternus.*

- marinum.* I. HORDEUM flosculis lateralibus masculis aristatis,  
involucris intermediis ciliatis. *Sp. pl. 126.*  
Hordeum spica crassa, longe aristata, calycinis glu-  
mis aristatis. *Hall. hist. 1536.*  
Hordeum spureum vulgare. *Park. 1147.*  
Gramen secalinum et secale sylvestre. *Ger. em. 73.*  
*R. Syn. 391.*  
Gramen hordeaceum minus et vulgare. *B. pin. 9.*  
*Anglis, wall Barley-grass, or Way-bennet.*  
Habitat ad vias et muros. *☉. IV.—VIII.*
- pratense.* 2. HORDEUM flosculis lateralibus masculis muticis,  
involucris setaceis scabris. *Sp. pl. 126.*  
Hordeum spica disticha, folliculo brevi, glumis ca-  
lycinis aristatis. *Hall. hist. 1538.*  
Gramen secalinum. *Ger. em. 73. R. Syn. 392. majus*  
*et minus. Park. 1144.*  
Gramen secalinum minus pratense. *Hist Ox. III.*  
*179. t. 2. f. 6.*

*Anglis*, meadow Barley-grafs.

Habitat in pratis et pascuis humidiusculis. 4. VI.

3. HORDEUM flosculis lateralibus masculis aristatis, *marinum*.  
involucro interno florum lateralium semiovato.

Gramen secalinum palustre et maritimum. *R. syn.* 392.

Gramen secalinum maritimum minus. *Hist. Ox. III.*

179. t. 6. f. 5.

*Anglis*, sea Barley-grafs.

Habitat in pratis et pascuis. 5. V. VI.

4. HORDEUM flosculis omnibus hermaphroditis *ari-sylvati-*  
statis; involucris basi connatis arista brevioribus. *cum.*

*Elymus* spica erecta: spiculis bifloris involucro æqua- *europæ-*  
libus. *Mantiss. I.* 35. *us.*

Gramen secalinum majus *sylvaticum*. *R. syn.* 392.

*Hist. Ox. III.* 180.

Gramen secalinum maximum. *Park.* 1144. *Merr.*

Gramen hordeaceum montanum. f. majus. *B. pin.* 9.

Gramen hordeaceum montanum, spica strigiosiore,  
brevius aristata. *Sch. agr.* 16. *pr. t. I.* f. bona.

*Anglis*, wood Barley-grafs.

Habitat in sylvis, solo calcareo. In Stoken-Church  
Woods, Oxfordshire, circa Marlow et Henley.

4. VI.

Obs. Pedicellus in omnibus speciebus elongatus in sulco  
longitudinali florum reconditus, ut alteram foliolam in-  
volucris apparet, et subinde florem abortivum sustinet.

TRITICUM. 99.

*Cal.* bivalvis, solitarius, subtriflorus. Flos obtusif-  
culus, acutus.

1. TRITICUM calycibus subulatis multifloris, floscu- *repens.*  
lis mucronatis.

Triticum calycibus quadrifloris subulatis acuminatis  
foliis planis. *Sp. pl.* 128. *Schreb. gram. II.* 24.  
t. 26.

Gramen caninum. *Ger. em.* 23. vulgatius. *Park.* 1173.

*Hist. Ox. III.* 178. t. I. f. 8.

Gramen caninum arvense. f. Gramen Dioscoridis.

*B. pin.* 1. *th.* 7.

Gramen

Gramen spica triticea repens vulgare, caninum dictum. *R. syn.* 390.

Triticum radicibus repentibus vaginosis, foliis hirsutis, locustis quinquefloris. *Hall. hist.* 1426.

β Triticum radicibus repentibus, vaginosis, foliis hirsutis, locustis octofloris. *Hall. hist.* 1427.

γ Gramen caninum maritimum, spica triticea nostras. *R. syn.* 390.

*Anglis*, common Wheat-grass; Dog's-grass, Quick-grass, or Couch-grass.

Habitat in agris. γ in littoribus maritimis. 4. VI.—

*Pharmac.* Graminis canini Radix.

Obs. variat calycibus a tribus ad octo flores flosculis acuminatis, in γ mucronato-aristatis et subinde aristatis. Foliis in γ glaucis, rigidis, pungentibus.

caninum. 1. TRITICUM calycibus subulatis subquadrifloris, flosculis aristatis.

Triticum radice fibrosa, foliis hirsutis, locustis quinquefloris aristatis. *Hall. hist.* 1429.

caninus. Elymus spica nutante arcta, spiculis rectis involucre destitutis: infimis geminis. *Sp. pl.* 124. *Fl. suec.* 122.

Gramen caninum aristatum radice non repente, sylvaticum. *R. syn.* 390.

Gramen caninum non repens elatius, spica aristata. *Hist. Ox.* III. 177. t. 1. f. 2.

*Anglis*, bearded Wheat-grass.

Habitat in sylvis et sepibus, inter Greenwich et Woolwich. 4. VI. VII.

junceum. 3. TRITICUM calycibus truncatis quinquefloris, foliis involutis. *Sp. pl.* 128. *Cent. pl.* 13.

Gramen maritimum, spica loliacea foliis pungentibus nostras. *Pluk. ph. t.* 33. f. 4. *R. syn.* 391.

Gramen phænicoides foliis convolutis, junceis ac pungentibus alterum. *B. hist.* II. 478.

β Gramen loliaceum maritimum supinum, spica foliacea. *R. Syn.* 391.

γ Gramen caninum maritimum, spica foliacea. *R. f.* 391. *Anglis*, sea Wheat-grass.

Habitat in littoribus maritimis passim. 4. VI. VII.

CYNOSURUS. 87.

*Cal.* bivalvis, multiflorus; Receptaculum proprium  
unilaterale, foliaceum.

1. CYNOSURUS bracteis pinnatifidis. *Sp. pl.* 105. *cristatus.*  
*Fl. suec.* 88. *Roy lugdb.* 64. *Screb. gram.* 69. t. 8.  
f. 1.  
Gramen cristatum. *B. hist.* II. 468. *Ger. em.* 29.  
*R. syn.* 328. anglicum. *Park.* 1159.  
Gramen pratense cristatum, f. Gramen spica cristata  
læve. *B. pin.* 3. *th.* 43.  
β Gramen cristatum quadratum, f. quatuor cristatum  
glumarum versibus. *R. syn.* 399.  
*Anglis*, crested Dog-tail-grafs.  
*Habitat in pratis et pascuis.* 4. VII. VIII.
2. CYNOSURUS bracteis pinnato-paleaceis aristatis. *echinatus.*  
*Sp. pl.* 105. *Roy. lugdb.* 64.  
- murorum.* 5. **HIERACIUM** caule ramoso, foliis radicalibus ovatis dentatis, caulino minori. *Sp. pl.* 1128. Hieracium caule subnudo paucifloro, foliis ovato-lanceolatis, circa petiolum dentatis. *Hall. hist.* 46. Hieracium murorum folio pilosissimo. *B. pin.* 129. *R. syn.* 168. Hieracium murorum Bauhini, quod est Pulmonaria Gallorum Lobelii. *Park.* 801. Pulmonaria gallica s. aurea latifolia. *Ger. em.* 304. β Hieracium

β Hieracium Pulmonaria dictum angustifolium. *R. syn.* 168.

Pulmonaria gallica f. angustifolia. *Ger. em.* 304.

γ Hieracium macrocaulon hirsutum folio rotundiore. *R. syn.* 169.

Hieracium fruticosum folio subrotundo. *B. pin.* 126.

δ Hieracium λεπτόκαυλον hirsutum folio longiore. *R. syn.* 169.

ε Pilosellæ majoris seu Pulmonariæ luteæ species angustifolia. *B. hist.* II. 1034.

*Anglis*, wall Hawkweed, French or Golden Lungwort.

Habitat in sylvis, muris et aggeribus agrorum. 4. VII.

6. HIERACIUM caule paniculato, foliis amplexicaulibus dentatis glabris, calycibus hispidis. *Sp. pl. sum.* 1129.

Hieracium foliis glabris dentatis, imis petiolatis, superioribus amplexicaulibus, calycibus hirsutis. *Hall. hist.* 45.

Hieracium montanum latifolium glabrum minus. *B. pin.* 129. *Hist. Ox.* III, 69. f. 7. t. 5. f. 47.

Hieracium montanum cichorei folio. *R. syn.* 166.

*Anglis*, marsh Hawkweed.

Habitat in pratis humidis et juxta rivulos Cravoniæ montosus abundat. *R. syn.* 3. VII.

7. HIERACIUM caule erecto multifloro, foliis ovato-lanceolatis dentatis semiamplexicaulibus. *Sp. pl. sabaudum.* 1131. *Hort. upf.* 238.

Hieracium foliis hirsutis dentatis, inferioribus ellipticis, superioribus ovato-lanceolatis. *Hall. hist.* 35.

Hieracium fruticosum latifolium hirsutum. *B. pin.* 129. *Park.* 802. *R. syn.* 167.

β Hieracium fruticosum latifolium glabrum. *Park.* 168.

γ Hieracium f. Pilosellæ majoris species humilis, foliis longioribus rarius dentatis plurimis simul, flore singulari nostras. *R. syn.* 170. *Pluk. ph. t.* 37. f. 3.

*Anglis*, shrubby Hawkweed.

Habitat in sylvis et sepibus, β in sylvis humidis opacis. 4. VII. VIII.

8. HIERA-

- umbellatum.* 8. **HIERACIUM** foliis linearibus subdentatis sparsis, floribus subumbellatis. *Sp. pl.* 1131. *Hist.* 34.  
 Hieracium fruticosum angustifolium majus. *B. pin.* 129. *Park.* 801. *R. syn.* 298.  
 Hieracium intibaceum. *Ger. em.* 298.  
 β Pulmonaria angustifolia glabra. *Pet. h. br. t.* 13. *f.* 11.  
 γ Pulmonaria graminea. *Pet. h. br. t.* 13. *f.* 12.  
*Anglis*, umbellated Hawkweed.  
 Habitat in sepibus, nemorosis siccis. 4. VII. VIII.

## HYOSERIS. 916.

*Recept.* nudum. *Cal.* subæqualis. *Pappus* pilosus vel obsoletus.

- minima.* 1. **HYOSERIS** caule diviso nudo, pedunculis incrassatis. *Sp. pl.* 1138. *Fl. dan.* 201.  
 Hyoseris mascula. *Ger. em.* 288.  
 Hieracium minimum. *Clus. hist.* 142. Hyoseris Tabernæmontani et Gerardi. *Park.* 791. *R. syn.* 173.  
 Hieracium minus folio subrotundo. *B. pin.* 127.  
 Lapsana foliis ovatis, dentatis, caulibus nudis sub florentibus. *Hall. hist.* 4.  
*Anglis*, least Hyoseris or Swine's Succory.  
 Habitat in pratis et arvis solo glareoso. Circa Hampton-court copiose. D. Doody. In the common corn-field, Walthamstow, Essex, Dr. Watson. In Teddington field, near Hampton. 5. V. VI.

## HYPOCHÆRIS. 918.

*Recept.* paleaceum. *Cal.* subimbricatus. *Pappus* plumosus.

- maculata.* 1. **HYPOCHÆRIS** caule subnudo: ramo solitario, foliis ovato-oblongis integris dentatis. *Sp. pl.* 1143. *Fl. dan.* 149.  
 Hypochæris caule unifloro, foliis dentatis, hirsutis. *Hall. hist.* 2.  
 Hieracium 1. latifolium. *Clus. hist.* II. 139. *R. syn.* 167.  
 Hieracium alpinum latifolium hirsutie incanum, flore magno. *B. pin.* 128. *Sch. it.* 11.

*Anglis,*

*Anglis*, spotted Hypochæris.

Habitat in pratis et pascuis montosis. Found on the banks of the Devil's ditch near Reche, not far from Newmarket; also on Burnack heath in Northamptonshire. R. syn. 4. VII.

HYPOCHÆRIS foliis runcinatis obtusis scabris, caule *radicata*. ramoso nudo lævi, pedunculis squamosis. *Sp. pl.* 1140. *Fl. dan.* 250.

Hypochæris foliis semipinnatis hirsutis, caule nudo brachiato. *Hall. hist.* 3.

Hieracium dentis leonis folio obtuso, majus. *B. pin.* 127. *Hist. Ox.* III. 66. f. 7. t. 4. f. 27.

Hieracium longius radicatam. *Lob. hist.* 120. *Ger. em.* 298. *Park.* 790. *R. syn.* 165.

*Anglis*, long-rooted Hypochæris.

Habitat in pratis et pascuis. 4. V.—VII.

HYPOCHÆRIS glabra, calycibus oblongis imbricatis, caule ramoso nudo, foliis dentato-finuatis. *Sp. pl.* 1140. *Fl. dan.* 424.

Hieracium minus dentis leonis folio oblongo glabro. *B. pin.* 127.

Hieracium parvum in arenosis nascens, feminum papillis densius radiatis. *R. syn.* 166.

Hieracium minimum. *Col. ephr.* I. 27.

*Anglis*, smooth Hypochæris.

Habitat in pratis montosis. Found on the gravelly grounds near Middleton in Warwickshire. *R. syn. prope* Norwich. *D.* Pitchford; circa Comb et Kingston in comitatu Surriensi. 4. VI.—VII.

## L A P S A N A. 919.

*Recept.* nudum. *Cal.* calyculatus, squamis singulis interioribus canaliculatis.

LAPSANA calycibus fructus angulatis, pedunculis *communis*. tenuibus ramosissimis. *Sp. pl.* 114. *Fl. dan.* 500.

Lapsana caule brachiato, foliis ovatis longe petiolatis, petiolis pinnatis. *Hall. hist.* 6.

Lampsana. *Dod. pempt.* 673. *Ger. em.* 255. *R. syn.* 173. vulgaris. *Park.* 810.

Soncho

## SYNGENESIA: POLYGAMIA ÆQUALIS.

Soncho affinis Lampfana domestica. *B. pin.* 124.

*Anglis*, common Nipplewort.

Habitat in sepibus, nemorosis et ruderatis. ☉. VI. VII.

## CICHORIUM. 921.

*Recept.* subpaleaceum. *Cal.* calyculatus, *Pappus* subquinquedentatus, obsolete pilosus.

*Intybus.* 1. CICHORIUM floribus geminis sessilibus, foliis runcinatis. *Sp. pl.* 1142.

Cichorium foliis pinnatis pinnis triangularibus dentatis, floribus sessilibus. *Hall. hist.* 1.

Cichorium sylvestre. *Ger. em.* 284. *Park.* 776. *R. syn.* 172. f. officinarum. *B. pin.* 125.

*Anglis*, wild Succory.

Habitat ad margines agrorum. ♂. VII. VIII.

*Pharmac.* Cichorei Radix, Herba.

\*\* Capitati.

## ARCTIUM. 923.

*Cal.* globosus: squamis apice hamatis inflexis.

*Lappa.* 1. ARCTIUM foliis cordatis inermibus petiolatis. *Sp. pl.* 1143. *Fl. dan.* 642.

Lappa. *Hall. hist.* 161, major seu Arctium Dioscoridis, *B. pin.* 198. *R. syn.* 197.

Bardana major. *Ger. em.* 809.

Bardana vulgaris major. *Park.* 1222.

β Lappa major capitulo glabro maximo. *R. syn.* 196.

γ Lappa major montana, capitulis tomentosis. *B. pin.* 198. *Mill. ic.* 159.

δ Lappa major capitulis parvis glabris. *R. syn.* 197.

ε Lappa major montana, capitulis minoribus, rotundioribus et magis tomentosis. *Tourn.* 450.

ζ Lappa major ex omni parte minor, capitulis parvis eleganter reticulatis. *Pluk. alm.* 205.

*Anglis*, common Burdock or Clot-bur.

Habitat in viis, ruderatis, cultis. ♂. VII. VIII.

*Pharmac.* Bardanæ Radix.



## SERRATULA. 924.

*Cal.* subcylindricus, imbricatus, muticus.

1. SERRATULA foliis lyrato-pinnatifidis: pinna *ter-tinfloria* terminali maxima, flosculis conformibus. *Sp. pl.* 1144.  
*Fl. dan.* 281.  
*Serratula.* *B. pin.* 225. *R. syn.* 196. purpurea. *Ger. em.* 713.  
*Serratula vulgaris* flore purpureo. *Park.* 474.  
*Carduus inermis* foliis glabris ferratis, imis ovatis, superioribus semipinnatis. *Hall. hist.* 163.
- β *Serratula* flore candido. *Boerb. ind. alt.* 144.  
*Anglis*, common Saw-wort.  
*Habitat in sylvis et pascuis.* 4. VII.
2. SERRATULA calycibus subhirsutis ovatis, foliis *alpina*. indivisis. *Sp. pl.* 1145. *Fl. dan.* 37.  
*Cirsium* foliis ovato-lanceolatis dentatis subtus tomentosis, calycibus villosis. *Hall. hist.* 179. t. VI.  
*Cirsium humile montanum cynoglossi folio polyanthemum.* *R. syn.* 193. *Dill. elth.* 82. t. 70. f. 81.  
*Carduo-cirsium minus britannicum*, floribus plurimis summo caule congestis. *Pluk. ph. t.* 154. f. 3.  
*Carduus mollis lapathi folio.* *B. pin.* 377.
- β *Cirsium montanum polyanthemum falicis folio angustodenticulato.* *R. syn.* 193.  
*Anglis*, mountain Saw-wort.  
*Habitat in rupibus montosis. On the highest rocks of Snowdon, and Breirecliff, near Burnly, Lancashire.*  
*R. syn.* 4. VII.
3. SERRATULA foliis dentatis spinosis. *Sp. pl.* 1149. *arvensis.*  
*Fl. dan.* 644.  
*Cirsium* caule anguloso ramoso, foliis semipinnatis, pinnis angulosis, spinosis, calycibus longis inermibus. *Hall. hist.* 171.  
*Carduus vulgatissimus viarum.* *Ger. em.* 1173. *R. syn.* 194.  
*Carduus vinearum repens, sonchi folio.* *B. pin.* 387.  
*Carduus ceanothos s. viarum et vinearum repens.*  
*Park.* 959.  
*Anglis,*

*Anglis*, corn Saw-wort or Way-thistle.

Habitat in arvis et ad vias. ♀. VII.

## C A R D U U S. 925.

*Cal.* ovatus, imbricatus, squamis spinosis. *Receptaculum* pilosum.

\* *Foliis decurrentibus.*

*lanceolatus.* 1. CARDUUS foliis decurrentibus pinnatifidis hispidis, laciniis divaricatis, calycibus ovatis spinosis villosis, caule piloso. *Sp. pl.* 1149.

*Cirsium* foliis semipinnatis, pinnis bilobatis spinosis, capitulis congestis tomentosis conicis. *Hall. hist.* 169. *Nom.* 169.

*Carduus lanceolatus.* *Tabern.* 699. *Ger. em.* 1174. *R. syn.* 195. *latifolius.* *B. pin.* 385. *f. majus.* *Park.* 982.

♂ *Carduus lanceatus major.* *R. syn.* 195.

γ *Carduus lanceatus flore et capite minoribus.* *Merr. pin.* *R. syn.* 195.

*Anglis*, spear Thistle.

Habitat in ruderatis et marginibus viarum. ♂. VII.

*nutans.* 2. CARDUUS foliis semidecurrentibus spinosis, floribus cernuis, squamis calycinis superne patentibus. *Sp. pl.* 1150.

*Carduus* foliis semipinnatis, pinnis angulosis spinosis, floribus nutantibus, calycinis squamis pungentibus patulis. *Hall. hist.* 167.

*Carduus nutans.* *B. hist.* III. 56. *R. syn.* 193.

*Carduus muscatus.* *Ger. em.* 1174.

*Carduus spinosissimus latifolius sphærocephalus vulgaris.* *B. pin.* 385.

*Anglis*, musk Thistle. *Pet. H. br. t.* 21. *f.* 1.

Habitat in pascuis solo calcareo. ☉. VII.

Obs. Flores pedunculati; pedunculi tomentosi, nudi.

*crispus.* 3. CARDUUS foliis decurrentibus sinuatis: margine spinosis, calycibus globosis pedunculatis solitariis erectis.

Carduus

*Carduus acanthoides*, foliis decurrentibus sinuatis: margine spinosis, calycibus pedunculatis solitariis erectis villosis. *Sp. pl.* 1150. *Jac. austr.* III. 28. t. 249.

*Carduus* foliis ovatis et semipinnatis, subtus tomentosus spinosis, calycibus molliter spinosis reflexis. *Hall. hist.* 165.

*Carduus sylvestris* III. *Dod. pempt.* 740.

*Polyacanthos.* *Ger. em.* 1173.

*Carduus caule crispo.* *B. hist.* III. 59. *R. syn.* 194.

*Carduus spinosissimus angustifolius vulgaris.* *B. pin.* 385. *Loes. pruss.* 34. t. 5.

*Anglis*, curl'd Thistle.

Habitat in ruderatis et ad vias. ☉. VII.

Desc. Radix annua. Caulis solitarius, herbaceus, subcavus, tri et quadripedalis, erectus, angulatus, totaliter alatus, marginibus foliorum utrinque decurrentibus; crispus, spinosus, tomentosus, ramosus; ramis alternis patentibus. Folia alterna, patentia, utrinque decurrentia, oblonga, sinuata, laciniis oppositis dentatis spinosis, supra subnuaa, subtus tomentosa. Flores terminales, solitarii, pedunculati, purpurei. Calyx globosus, tomentosus, squamis oblongis, acuminatis sub-inermibus.

4. **CARDUUS** foliis decurrentibus sinuato-dentatis: margine spinosis, calycibus ovatis terminalibus aggregatis sessilibus, squamis acuminatis erectiusculis. *acanthoides.*

*Carduus crispus*, foliis decurrentibus sinuatis: margine spinosis, floribus aggregatis terminalibus, squamis inermibus subaristatis patulis. *Syst. nat.* 529. *Sp. pl.* 1150.

*Carduus alis caulinis latissimis*, foliis semipinnatis, pinnis angulosis spinosis, floribus fasciculatis oblongis. *Hall. hist.* 166?

*Carduus acanthoides.* *B. hist.* III. 56.

*Carduus polyanthos.* *Park.* 982. *R. hist.* 309.

*Anglis*, welted Thistle.

Habitat in ruderatis et ad margines agrorum. ☉. VI. VII.

Desc. Radix annua, ramosa. Caules plures, herbatii, fistulosi, bipedales, erecti, stricti, angulati, quadrialati, foliorum marginibus utrinque totaliter decurrentibus; inferne villosi, superne tomentosi, ramosi; ramis alternis, erectis,

*erectis, axillaribus. Folia alterna utrinque decurrentia, oblonga, sinuato-dentata, laciniis oppositis dentatis; margine spinosa, subtus tomentosa, supra villosa. Flores terminales, aggregati, sessiles, pallide purpurei. Calyx ovatus; subtomentosus; squamis ovatis acuminatis, erectiusculis, persistentibus.*

*palustris.* 5. **CARDUUS** foliis decurrentibus dentatis: margine spinosis, floribus racemosis erectis, pedunculis inermibus. *Sp. pl.* 1151.

*Cirsium caule recto subnudo alato, foliis semipinnatis spinosis, calycibus aristatis. Hall. nom. et hist.* 170.

*Carduus palustris. B. pin.* 377. *pr.* 156. *Park.* 983. *R. syn.* 194.

β *Carduus palustris mitior, bardanæ capitulo in summo caule singulari. Pluk. R. syn.* 194.

*Anglis, marsh Thistle.*

*Habitat in pratis paludosis et nemorosis humidis. U. VII.*

\*\* *Foliis amplexicaulibus.*

*helenioides.* 6. **CARDUUS** foliis radicalibus lanceolatis, caulinis sessilibus cordatis acutis dentatis spinoso-ciliatis subtus niveis, caule subsimplici.

*Carduus foliis amplexicaulibus lanceolatis dentatis, spinulis inæqualibus ciliatis, caule inermi. S. pl.* 1155. *Fl. dan.* 109. *Jac. austr. I. t.* 43.

*Cirsium foliis ciliatis subtus tomentosis, radicalibus petiolatis ovato-lanceolatis, caulinis lanceolatis et semipinnatis. Hall. hist.* 180. *t.* 7.

*Cirsium britannicum clusii repens. B. hist. III.* 46. *R. syn.* 193.

*Cirsii anglici alia icon Pennei. Ger. em.* 1183.

*Cirsium aliud anglicum. Park.* 961.

*Cirsium singulari capitulo squamato, vel incanum alterum. B. pin.* 377. *Mill. ic.* 94.

*Heterophyllus.* β *Carduus foliis amplexicaulibus lanceolatis ciliatis integris laciniatisque, caule subunifloro, calyce inermi. Sp. pl.* 1154. *Gmel. sib. II.* 51. *Jac. austr. I.* 27. 43.

*Cirsium maximum asphodeli radice. B. pin.* 377.

*Anglis, melancholy Thistle.*

*Habitat*

*Anglis, melancholy Thistle.*

Habitat in pascuis montosis agri Eboracensis, Westmorlandici, Cumberlandici et Cambrobritannici passim. VI. VII.

Obs. Folia in  $\alpha$  lanceolata, integra et dentata; in  $\beta$ , folia radicalia dentata et pinnatifida; caulina inferiora pinnatifida, media dentata, suprema, integra, omnia spinoso-ciliata, subtus tomentosa, nivea; Caules subramosi, ab unico ad sex flores;  $\alpha$  et  $\beta$  ex eodem radice observavi.

7. **CARDUUS** foliis sessilibus semiamplexicaulibus lanceolatis subdentatis spinulis inæqualibus ciliatis; caule subunifloro. *Fac. austr. l. t. 42.*

Cirsium pannonicum I. pratense. *Clus. hist. 148.*

Cirsium angustifolium non laciniatum. *B. pin. 377.*

Cirsium montanum anglicum. *Ger. em. 1183.*

Cirsium anglicum. *Lob. ic. 583. Park. 961. radice hellebori nigri modo fibroso, folio longo. B. hist. III.*

45.

*Anglis, meadow Thistle.*

Habitat in pratis et pascuis humidis. 4. VI.

Desc. Radix perennis, fibrosa, repens. Caulis solitarius, herbaceus, pedalis et bipedalis, erectus, foliatus, tomentosus, simplex; subinde ramo unico. Folia radicalia pauca, petiolata, lanceolata, subdentata, margine inæqualiter aculeato-ciliata, acuminata, supra hispidiuscula subtus tomentosa; Caulina a tribus ad sex vel septem, alterna, semiamplexicaulia, lanceolata, subintegerrima, margine inæqualiter aculeato-ciliata, supra hispidiuscula, subtus tomentosa, non nivea; Flos terminalis purpureus; Calyx ovatus tomentosus, squamis imbricatis, ovatis, acuminatis, purpurascensibus.

8. **CARDUUS** foliis amplexicaulibus hastato-pinnatifidis spinosis, calycibus aphyllis: spinis canaliculatis duplicato-spinosis. *Sp. pl. 1152.*

*Silybum nervis foliorum albis. Hall. hist. 181.*

*Carduus mariæ. Trag. hist. 850. Ger. em. 1150. R. syn. 195. vulgaris. Park. 979.*

*Carduus albis maculis notatus vulgaris. B. pin. 281.*

$\beta$  *Carduus mariæ hirsutus non maculatus. R. syn. 194.*

*Anglis, milk Thistle.*

A a

Habitat

## SYNGENESIA: POLYGAMIA ÆQUALIS.

Habitat in aggeribus fossarum et ruderatis. ☉. VIII.  
Pharmac. Cardui mariæ Herba, Semina.

*eriopho-  
rus.*

9. CARDUUS foliis sessilibus bifariam pinnatifidis: laciniis alternis erectis, calycibus globosis villosis.  
*Sp. pl.* 1153.

Cirsium foliis pinnatis, pinnis bilobatis lanceolatis spinosis, calycibus sphaericis spinosis tomentosus.  
*Hall. hist.* 168.

Carduus eriocephalus. *Dod. purg.* 445. *Ger. em.* 1152.

Carduus tomentosus corona fratrum dictus. *Lob. ic.* 2.  
*p. 9. Park.* 978. *R. syn.* 195.

Carduus capite tomentoso. *B. pin.* 382.  
*Anglis,* globe Thistle.

Habitat in pratis et pascuis montosis, solo calcareo. ♂.  
VII.

*acaulis.*

10. CARDUUS acaulis, calyce glabro. *Sp. pl.* 1156.  
Cirsium floribus acaulis. *Hall. hist.* 178.

Carduus acaulis, minore purpureo flore. *B. pin.* 380.  
*Ger. em.* 1158. *R. syn.* 195.

Carduus acaulis septentrionalium. *Park.* 969.  
*Anglis,* dwarf Thistle.

Habitat in pascuis montosis præcipue solo calcareo. In  
Ericeto nigro prope Londinum. ♀. VII.

## ONOPORDUM. 927.

*Recept.* favosum. *Cal.* squamæ mucronatæ.

*Acanthi-  
um.*

1. ONOPORDUM calycibus squarrosis: squamis patentibus, foliis ovato-oblongis sinuatis. *Sp. pl.* 1158.

Onopordon caule alato, foliis ovatis dentatis, dentibus angulosis aristatis. *Hall. hist.* 159.

Carduus tomentosus, Acanthium dictus, vulgaris. *R. syn.* 196.

Acanthium. *Dod. pem.* 721. album. *Ger. em.* 1149.

Acanthium vulgare. *Park.* 1149.

Spina alba. *Fuchs. hist.* 57. tomentosa latifolia sylvestris. *B. pin.* 382. *Loes. pr.* 261. t. 82.

*Anglis,* woolly Onopordum or Cotton-thistle.

Habitat in ruderatis. ♂. VII.

CARLINA.

## C A R L I N A. 929.

*Cal.* radiatus squamis marginalibus longis, coloratis.

- I. CARLINA caule multifloro corymbofo, floribus terminalibus, calycibus radio albis. *Sp. pl.* 1161.  
 Carlina foliis imis semipinnatis, pinnis angulosis spinosis, superioribus ovato-lanceolatis amplexicaulibus. *Hall. hist.* 182.  
 Carlina sylvestris major. *Ger. em.* 1159.  
 Carlina sylvestris quibusdam alijs atractylis. *B. hist.* III. 81. *R. syn.* 175.  
 Cnicus sylvestris spinosior. *B. pin.* 378.  
*Anglis*, wild Carline.  
 Habitat in pratis et pascuis. *♂.* VI.

\*\*\* *Discoideæ.*

## B I D E N S. 932.

*Recept.* paleaceum. *Pappus* aristis erectis, scabris.  
*Cal.* imbricatus. *Cor.* rarius flosculo uno alterne radiante instruitur.

- F. BIDENS foliis trifidis, calycibus subfoliosis, seminibus erectis. *Sp. pl.* 1165. *tripartite*  
 Bidens foliis petiolatis trilobatis et quinquelobatis serratis, floribus circumvallatis. *Hall. hist.* 121.  
 Verbesina s. Cannabina aquatica flore minus pulchro, elatior et magis frequens. *B. hist.* III. 1073. *R. syn.* 187.  
 Cannabina aquatica folio tripartito diviso. *B. pin.* 321.  
 Eupatorium cannabinum fœmina. *Ger. em.* 711.  
 Eupatorium cannabinum duorum generum. *Park.* 595.  
 § Bidens foliis lanceolatis sessilibus, floribus seminibusque erectis. *Fl. angl.* 310. *Sp. pl.* 1165. *Fl. dan.* 312. *minima.*  
 Verbesina minima. *Dill. giff.* 167. *R. syn.* 188. t. 7. f. 2.  
*Anglis*, trifid Bidens or Hemp-agrimony.  
 Habitat in palustribus et aquosis. *♂.* V.L. VIII.

- ternua.* 2. **BIDENS** foliis lanceolatis amplexicaulibus, floribus cernuis, seminibus erectis. *Sp. pl.* 1165.  
*Bidens* foliis sessilibus serratis, floribus nutantibus circumvallatis. *Hall. hist.* 120.  
*Verbescina* pulchriore flore luteo. *B. hist.* III. 1074.  
*R. syn.* 187.  
*Cannabina* aquatica folio non diviso. *B. pin.* 321.  
*Eupatorium* cannabinum fœminæ varietas altera. *Ger. em.* 711.  
*Eupatorium* aquaticum folio integro. *Park.* 596.
- Bidens.* β **Coreopsis** foliis lanceolatis serratis oppositis amplexicaulibus. *Sp. pl.* 1281.  
**Chrysanthemum** aquaticum *bidens*, f. *Hepatorium* aquatile folio non diviso, flore aureis undique petalis radiato. *Triumph.* 65. *Hist. Ox.* III. 17. f. 6. n. 23. f. 22.  
*Conyza* palustris foliis serratis. *Loef. pr.* 54. t. 11.  
*Anglis*, nodding *Bidens*.  
*Habitat in fossis et palustribus*; β *circa Tapperley et alibi in comitatu Cestriensi.* ☉. VII. VIII.

## EUPATORIUM. 935.

*Recept.* nudum. *Pappus* plumosus. *Cal.* imbricatus, oblongus. *Stylus* semibifidus, longus.

- cannabinum.* 1. **EUPATORIUM** foliis digitatis. *Sp. pl.* 1173.  
*Eupatorium* foliis ovato-lanceolatis tripteris. *Hall. hist.* 136.  
*Eupatorium* cannabinum. *B. pin.* 320. *Park.* 595.  
*R. syn.* 179. *mas.* *Ger. em.* 711.  
 β *Eupatorium* cannabinum folio integro, seu non digitato. *R. syn.*  
*Anglis*, common *Eupatorium*.  
*Habitat ad ripas fluviorum et rivulorum.* 4. VII. VIII.

## SANTOLINA. 942.

*Recept.* paleaceum. *Pappus* nullus. *Cal.* imbricatus, hemisphæricus.

- maritima.* 1. **SANTOLINA** pedunculis unifloris subcorymbosis, foliis oblongis tomentosis.

Athanasia



Athanasia pedunculis unifloris subcorymbosis, foliis lanceolatis indivisis crenatis obtusis tomentosis. *Sp. pl.* 1182.

Filago tomentosa, corymbo subramoso, foliis oblongis obtusis crenatis. *Sp. pl. ed. I.* 927. *Mill. ic.* 135.

Gnaphalium maritimum. *B. pin.* 263. *R. syn.* 180.

Gnaphalium marinum. *Ger. em.* 640. f. Cotonaria. *Park.* 687.

*Anglis, sea Santblina.*

Habitat in littoribus maritimis. Near Abermeney ferry in Anglesea; and between Pensans and St. Michael's mount in Cornwall. *R. syn. in insula Shepey; prope Pool in comitatu Dorsetiensi.* 4. VII.

## POLYGAMIA SUPERFLUA.

\* *Discoidei.*

### TANACETUM. 944.

*Recept.* nudum. *Pappus* submarginatus. *Cal.* imbricatus hemisphæricus. *Cor.* radii obsoletæ, trifidæ.

1. TANACETUM foliis bipinnatis incisiss ferratis. *Sp. vulgare.* *pl.* 1183.

Tanacetum foliis pinnatis, semipinnatis acute dentatis. *Hall. hist.* 132.

Tanacetum. *Ger. em.* 650. *R. syn.* 188. vulgare. *Park.* 81. luteum. *B. pin.* 132.

β Tanacetum foliis crispis. *B. pin.* 132.

*Anglis, common Tansy.*

Habitat in pratis et pascuis montosis. 4. VII. VIII.

*Pharmac.* Tanaceti Herba, Flores, Semina.

### ARTEMISIA. 945:

*Recept.* subvillosum vel nudiusculum. *Pappus* nullus. *Cal.* imbricatus, squamis rotundatis, conniventibus. *Cor.* radii nullæ.

\* *Procumbentes ante florescentiam.*

1. ARTEMISIA foliis multifidis linearibus, caulibus campestris. *Sp. pl.* 1185. *tris.*

## SYNGENESIA: POLYGAMIA SUPERFLUA.

Artemisia caulibus procumbentibus, foliis primis fericeis adultis viridibus pinnatis, pinnis multifidis lanceolatis. *Hall. hist.* 131.

Abrotanum campestre. *Tabern.* 16. *B. pin.* 136.

*Ger. em.* 1106. *Park.* 94. *R. syn.* 190.

*Anglis*, field Wormwood or Southernwood.

Habitat in pratis, prope Elden in Suffolk. *R. syn.* 4. VII.

*maritima.* 2. ARTEMISIA foliis multipartitis tomentosis, racemis cernuis, flosculis femineis ternis. *Sp. pl.* 1186.

Abfinthium marinum album. *Ger. em.* 1099. *R. syn.* 188.

Abfinthium seriphium belgicum. *B. pin.* 139.

β Abfinthium maritimum seriphio belgico simile, latiore folio, odoris grati. *Pluk. R. syn.* 188.

γ Abfinthium maritimum gallicum. *B. pin.* 139.

δ Abfinthium seriphium tenuifolium marinum narbonense. *B. hist.* III. 177. *R. syn.* 189.

ε Abfinthium maritimum nostras. *R. syn.* 189.

*Anglis*, sea Wormwood.

Habitat in littoribus maritimis. 4. VIII.

*Pharmac.* Abfinthii marini *Herba.*

\*\* *Erectæ herbaceæ, foliis compositis.*

*Abfinthium.* 3. ARTEMISIA foliis compositis multifidis, floribus subglobosis pendulis, receptaculo villoso. *Sp. pl.* 1188.

Abfinthium foliis incanis pinnatis, pinnis primis bilobatis, pinnulis incisus lanceolatis, spicis heteromallis, floribus pendulis. *Hall. hist.* 124.

Abfinthium vulgare. *Park.* 98. *R. syn.* 188.

Abfinthium latifolium, f. Ponticum. *Ger. em.* 196.

Abfinthium ponticum f. romanum officinarum f. dioscoridis. *B. pin.* 138. *Tourn.* 457.

*Anglis*, common Wormwood.

Habitat in ruderatis et ad vias. 4. VIII.

*Pharmac.* Abfinthii vulgaris *Herba.*

4. ARTE-

4. ARTEMISIA foliis pinnatifidis planis incisis subtus *vulgaris*.  
 tomentosis, racemis simplicibus recurvatis, floribus  
 ovatis, radio quinquefloro. *Sp. pl.* 1188.  
 Artemisia foliis pinnatis inferne tomentosis, pinnis  
 acute dentatis, spica paniculata erecta. *Hall. hist.*  
 130.  
 Artemisia vulgaris. *Park.* 90. *B. hist.* III. 184. *R.*  
*syn.* 190. major. *B. pin.* 137.  
 Artemisia, mater herbarum. *Ger. em.* 1103.  
*Anglis*, Mugwort.  
 Habitat *ad sepes et in ruderatis.* 4. VIII.  
*Pharmac.* Artemisiæ Herba.

\*\*\* *Foliis simplicibus.*

5. ARTEMISIA foliis caulinis lanceolatis integris, ra- *cærulef-*  
 dicalibus multifidis, flosculis femineis ternis. *Sp. cens.*  
*pl.* 1189.  
 Artemisia marina. *Ger. em.* 1104.  
 Absinthium maritimum, lavendulæ folio. *B. pin.* 139.  
*Hist. Ox.* III. 7. f. 6. t. 1. f. 5.  
*Anglis*, bluish Mugwort.  
 Habitat *in littoribus maritimis; prope Boston in comitatu*  
*Lincolniensi.* D. Tofield. 4. VIII.

## GNAPHALIUM. 946.

*Recept.* nudum. *Pappus* plumosus. *Cal.* imbricatus:  
 squamis marginalibus rotundatis, scariosis coloratis.

\* *Herbacea Chrysocoma.*

1. GNAPHALIUM herbaceum, foliis semiamplexicau- *luteo-al-*  
 libus ensiformibus repandis obtusis utrinque pubes- *bum.*  
 centibus, floribus conglomeratis. *Sp. pl.* 1196.  
 Filago foliis mollissimis tomentosis obtusis, umbella  
 convexa electrina. *Hall. hist.* 147.  
 Gnaphalium majus lato oblongo folio. *B. pin.* 263.  
*Pluk. ph. t.* 31. f. 6.  
 Elichrysum sylvestre latifolium capitulis conglobatis.  
*B. pin.* 264. *R. syn.* 182.  
*Anglis*, Jersey Cudweed.

## SYNGENESIA: POLYGAMIA SUPERFLUA.

Habitat in muris et aridis; in insula Jersey copiose.  
R. syn. ☉. VII. VIII.

\*\* *Herbacea Argyrocoma.*

- margari-*  
*taceum.* 2. GNAPHALIUM herbaceum, foliis lineari-lanceo-  
latis acuminatis alternis, caule superne ramoso,  
corymbis fastigiatis. *Sp. pl.* 1198.  
Filago foliis lanceolatis viridibus subtus tomentosis,  
floribus umbellatis. *Hall. hist.* 146.  
Gnaphalium americanum. *Clus. hist.* 327. *Ger. em.*  
641. R. syn. 182. latifolium. *B. pin.* 263.  
Argyrocome f. Gnaphalium americanum. *Park.* 690.  
*Anglis*, American Cudweed.  
Habitat in pratis et pascuis; in prato prope Bocking,  
in vicum agri Essexiensis, D. Dale; on the banks of  
Rymny river, for the space of at least twelve miles,  
Mr. Lhwyd. R. syn. 24. VIII.

- dioicum.* 3. GNAPHALIUM sarmentis procumbentibus, caule  
simplicissimo, corymbo simplici, floribus dioicis.  
*Sp. pl.* 1199. *Syst. nat.* 545.  
Filago flagellis reptans sexu distincta, flosculis omni-  
bus androgynis. *Hall. hist.* 157.  
Gnaphalium montanum album. *Ger. em.* 640. R.  
*syn.* 181.  
Gnaphalium montanum f. Pes cati. *Park.* 690.  
Gnaphalium montanum flore rotundiore. *B. pin.* 263.  
Gnaphalium montanum longiore folio et flore. *B. pin.*  
263. R. syn. 182.  
*Anglis*, mountain Cudweed or Cat's-foot.  
Habitat in pratis montosis aridis. On Newmarket heath,  
not far from Bottesham beacon; in boreali parte  
Angliæ frequens, et in Wallia et Cornubia. 24.  
V. VI.

\*\*\* *Filaginoidea.*

- sylvati-*  
*cum.* 4. GNAPHALIUM caule herbaceo simplicissimo erecto,  
floribus sparsis. *Syst. nat.* 545. *Sp. pl.* 1200.  
Filago foliis linearibus, alis spiciferis. *Hall. hist.* 148.  
Gnaphalium anglicum. *Ger. em.* 639. R. syn. 180.  
vulgare majus. *Park.* 685.

Gnapha-

SYNGENESIA : POLYGAMIA SUPERFLUA.

361

Gnaphalium majus, angusto oblongo folio, alterum,

*B. pin.* 263.

*Anglis*, upright Cudweed.

Habitat in pascuis et sylvis arenosis. In ericeto Hampstediano, et prope Charleton in Cantio. ♂. VIII.

5. GNAPHALIUM caule herbaceo simplicissimo pro-supinum, cumbente, floribus sparsis. *Syst. nat.* III. 234.

Gnaphalium fuscum. *Scop. carn.* 1048. t. 57?

Filago caule simplicissimo, spica pauciflora. *Hall. hist.* 149.

Gnaphalium supinum, lavendulæ folio. *Bocc. mus.* 107. t. 85.

*Anglis*, dwarf Cudweed.

Habitat in pascuis et pratis alpinis, aridis; at the foot of a hill, about five miles from Fort George, on the west side of the road leading to Aberdeen. D. Oakes; et in boreali parte Scotiæ passim. D. Hope. 2. VII. VIII.

6. GNAPHALIUM caule herbaceo ramoso diffuso, floribus confertis terminalibus. *Syst. nat.* 545. *Sp. pl. sum.* 1200.

Filago caule ramosissimo diffuso, umbella sessili terminali. *Hall. hist.* 151.

Gnaphalium longifolium humile ramosum, capitulis nigris. *R. syn.* 181.

Filago minor. *Park.* 686.

*Anglis*, marsh Cudweed.

Habitat in aquosis præcipue ubi aquæ hyemali tempore stagnant. ☉. VIII.

7. GNAPHALIUM caule herbaceo dichotomo erecto, gallicum. floribus subulatis axillaribus, foliis filiformibus.

Filago caule erecto dichotomo, floribus subulatis axillaribus, foliis filiformibus. *Sp. pl.* 1312.

Filago florum acervulis insidentibus, foliis filiformibus. *Hall. hist.* 156.

Gnaphalium parvum ramosissimum foliis angustissimis polyspermon. *R. syn.* 181.

Gnaphalium minimum alterum nostras, stoechadis citrinæ foliis tenuissimis. *Pluk. ph.* t. 298. f. 2.

*Anglis*,

## SYNGENESIA : POLYGAMIA SUPERFLUA.

*Anglis*, corn Cudweed.

Habitat in arvis glareosis; among corn in sandy ground about Castle-Heveningham in Essex. D. Dale. R. syn. ☉. VII. VIII.

*monta-  
num.*

8. GNAPHALIUM caule herbaceo subdichotomo erecto, floribus conicis axillaribus terminalibusque.

Filago caule erecto diviso, floribus conicis lateralibus terminalibusque. *Sp. pl.* 1311.

Filago caule dichotomo, acervulis spicatis. *Hall. hist.* 155.

Filago caule dichotomo, floribus glomeratis spicatis. *Hall. nom.* 155.

Filago minor. *Ger. em.* 641.

Gnaphalium minimum. *Lob. ic.* 481. *B. hist.* III. 159. *R. syn.* 181.

Gnaphalium minus repens. *B. pin.* 363.

*Anglis*, least Cudweed.

Habitat in pratis et pascuis arenosis. ☉. VII. VIII.

*germani-  
cum.*

9. GNAPHALIUM caule herbaceo erecto ramoso, panicula dichotoma, capitulis rotundatis axillaribus terminalibusque.

Filago panicula dichotoma, floribus rotundatis axillaribus hirsutis, foliis acutis. *Sp. pl.* 1311.

Filago caule dichotomo, corymbo sphaerico, in angulo sessili. *Hall. hist.* 153.

Gnaphalium. *Fuchs. hist.* 222. minus s. Herba impia. *Park.* 685. *R. syn.* 180.

Gnaphalium vulgare majus. *B. pin.* 263.

Filago s. herba impia. *Ger. em.* 642.

*Anglis*, common Cudweed.

Habitat in pratis et pascuis sterilioribus et ad vias publicas.

☉. VII. VIII.

Obs. variat caule erecto simplicissimo, floribus axillaribus, sessilibus.

## C O N Y Z A. 950.

*Recept.* nudum. *Pappus simplex.* *Cal.* imbricatus subrotundus. *Cor.* radii trifidæ.

1. CONYZA foliis lanceolatis acutis, caule herbaceo *squarrosa*.  
 corymbofo, calycibus squarrosis. *Syst. nat.* 547.  
*Sp. pl.* 1205. *Fl. dan.* 622.

*Conyza* foliis ovato-lanceolatis rariter ferratis, flori-  
 bus umbellatis. *Hall. hist.* 135.

*Conyza* major. *Cam. ep.* 612. vulgare. *B. pin.* 265.

*Baccharis monspeliensium*. *Ger. em.* 792. *Park.* 114.  
*R. syn.* 179.

*Anglis*, greater *Conyza* or Plowman's Spikenard.

Habitat in pratis et pascuis montosis et ad vias solo calca-  
 reo. ♂. VII. VIII.

\*\* *Radiati.*

### ERIGERON. 951.

*Recept. nudum.* *Pappus pilosus.* *Cor.* radii lineares,  
 angustissimæ.

1. ERIGERON pedunculis alternis unifloris. *Sp. pl. acris*  
 1211.

*Erigeron* caule alterne ramoso, petiolis unifloris, fe-  
 miflosculis pappum æquantibus. *Hall. hist.* 85.

*Conyza cærulea acris.* *Ger. em.* 484. *B. pin.* 265.

*Conyza odorata cærulea.* *Park.* 126.

*Aster arvensis cæruleus acris.* *Tourn.* 481. *R. syn.* 175.

*Anglis*, blew *Erigeron*.

Habitat in pratis et pascuis siccissimis solo calcareo. ♂.  
 VII. VIII.

\*2. ERIGERON caule hirto floribusque paniculatis, *canadense*.  
 foliis lanceolatis ciliatis. *Sp. pl.* 1210. *Hall. hist.*  
 84.

*Conyza canadensis* annua, acris, alba, *linariæ* foliis.  
*Boc. pl. rar. t.* 46. *R. syn.* 175.

*Conyza annua acris alba, elatior, linariæ* foliis. *Hist.*  
*Ox. III.* 115. *f. II. t.* 20. *f.* 29.

*Anglis*, canada *Erigeron*.

Habitat in cultis et ruderatis; circa Londinum frequens.  
 ☉. VIII.

TUSSI-

## TUSSILAGO. 952.

*Recept.* nudum. *Pappus simplex.* *Cal.* squamæ æquales, discum æquantés, submembranacæ.

*Farfara.* 1. TUSSILAGO scapo imbricato unifloro, foliis subcordatis angulatis denticulatis. *Sp. pl.* 1214. *Fl. dan.* 595.

Tussilago. *Cam. ep.* 490. 491. *Ger. em.* 811. *Park.* 1220. *R. syn.* 173. vulgaris. *B. pin.* 197.

Petasites scapo unifloro, flore radiato. *Hall. hist.* 143. *Anglis,* common Coltsfoot.

*Habitat in pascuis et locis humidiusculis.* 4. III. IV.

*Pharmac.* Tussilaginis s. Farfaræ *Herba, Flores.*

*Petasites.* 2. TUSSILAGO thyrsu ovato, flosculis omnibus hermaphroditis. *Sp. pl.* 1214.

Petasites floribus dense spicatis, flosculis androgynis. *Hall. hist.* 138.

Petasites. *Dod. pempt.* 597. *Ger. em.* 814. *R. syn.* 179. vulgaris. *Park.* 419.

Petasites major et vulgaris. *B. pin.* 197.

*Anglis,* greater Coltsfoot or Butter-bur.

*Habitat in pratis et pascuis humidis; et ad ripas fluviorum.* 4. III. IV.

*Pharmac.* Petasitidis *Radix.*

*hybrida.* 3. TUSSILAGO thyrsu oblongo, flosculis femineis nudis plurimis. *Sp. pl.* 1214.

Petasites floribus spicatis pendulis, petiolis multifloris, calycibus æqualibus, flosculis paucissimis androgynis. *Hall. hist.* 140.

Petasites major, floribus pediculis longis insidentibus, *R. syn.* 179. *Dill. elth.* 309. t. 230. f. 297.

*Anglis,* stalked Coltsfoot or Butter-bur.

*Habitat in pratis humidis; prope Loughborough et alibi in comitatu Leicesterensi passim.* 4. IV.

## SENECIO. 953.

*Recept.* nudum. *Pappus simplex.* *Cal.* cylindricus, calyculatus; squamis apice sphacelatis.

\* *Floribus*



\* *Floribus flosculosis.*

1. SENECEO corollis nudis, foliis pinnato-finuatis am-*vulgaris.*  
plexicaulibus, floribus sparsis. *Sp. pl.* 1217. *Fl.*  
*dan.* 513. *Hall. hist.* 58.  
Senecio vulgaris. *Park.* 671. *R. syn.* 178.  
Senecio minor vulgaris. *B. pin.* 131.  
Erigeron. *Ger. em.* 278.  
*Anglis*, common Groundsel or Simpson.  
Habitat in cultis et ruderatis. ☉. IV—X.  
*Pharmac.* Senecionis *Herba.*

\*\* *Floribus radiatis : radio revoluto.*

2. SENECEO corollis revolutis, foliis pinnatifidis denti-*viscosus.*  
culatis subviscidis, caule erecto corymbofo.  
Senecio corollis revolutis, foliis pinnatifidis viscidis,  
squamis calycinis laxis longitudine perianthii. *Sp.*  
*pl.* 1217.  
Senecio foliis viscidis pinnatis, pinnis semipinnatis an-  
gulosis, calycibus hirsutis. *Hall. hist.* 60.  
Senecio incanus pinguis. *B. pin.* 131.  
Senecio hirsutus viscidus major odoratus. *B. hist.* III.  
192. *R. syn.* 178.  
Senecio foetidus. *Park.* 671.  
Senecio hirsutus viscidus graveolens. *Dil. elth.* 347.  
*t.* 258. *f.* 336.  
Erigeron tomentosum. *Ger. em.* 278.  
β Senecio corollis revolutis, foliis pinnatifidis denticula-*sylvati-*  
tis, caule corymbofo erecto. *Sp. pl.* 1217. *cus.*  
Senecio foliis pinnatis, pinnis alternis majoribus, se-  
mipinnatis angulosis, calycibus levibus, radiis bre-  
vissimis revolutis. *Hall. hist.* 59.  
Senecio minor, latiore folio five montanus. *B. pin.*  
131. *R. syn.* 178. *Dill. elth.* 258. *t.* 258. *f.* 337.  
Jacobæa, senecionis folio incano, perennis. *R. hist.*  
*Rupp. jen.* 177. *t.* 4.  
*Anglis*, stinking β mountain Groundsel.  
Habitat in ericetis, nemorosis et sepibus. ☉. VII.

\*\*\* *Floribus radiatis : radio patente, foliis pinnatifidis.*

3. SENECEO corollis radiantibus, foliis pinnato-lyratis *Jacobæa.*  
laciniis lacinulatis, caule erecto. *Sp. pl.* 1219.  
*Jacobæa*

## SYNGENESIA: POLYGAMIA SUPERFLUA.

Jacobæa. *Ger. em.* 280. vulgaris. *B. hist. II.* 1057.  
*R. syn.* 177. major. *Park.* 668.

Jacobæa vulgaris laciniata. *B. pin.* 131.

*Anglis*, Ragwort Groundsel.

Habitat in pratis et pascuis et ad vias. 4. VII.

*aquaticus.* 4. SENECEO corollis radiantibus, foliis dentatis, radicalibus ovatis, caulinis pinnatifidis: lacinia extrema majora. *Fl. angl.* 317.

Senecio foliis lineatis pinnatis, pinnis dentatis, extrema maxima. *Hall. hist.* 62.

Jacobæa latifolia. *Ger. em.* 280. *B. hist. II.* 1056.  
 palustris. *R. syn.* 178.

Jacobæa barbarea instar laciniata. *Fl. prus.* 129. t. 35.

Jacobæa latifolia pannonica prima. *Park.* 668.

Jacobæa alpina laciniata, flore bupthalmi. *B. pin.* 131.

*Anglis*, water Groundsel or Ragwort.

Habitat in pratis et pascuis humidis. 4. VII. VIII.

*erucifolius.* 5. SENECEO corollis radiantibus, foliis pinnatifidis dentatis subhirtis, caule erecto. *Sp. pl.* 1218.

Jacobæa senecionis folio incano perennis. *R. syn.* 177.

Jacobæa altissima, foliis erucæ artemisiæve similibus et æmulis. *Rupp jen.* 164.

Jacobæa incana altera. *B. pin.* 131.

*Anglis*, hoary Groundsel.

Habitat in sylvis et ad sepes. 4. VII. VIII.

\*\*\* Floribus radiatis: radio patente, foliis indivisis.

*paludosus.* 6. SENECEO corollis radiantibus, foliis ensiformibus acute ferratis, subtus subvillosis, caule stricto. *Sp. pl.* 1220. *Fl. dan.* 385.

Senecio foliis linearibus ferratis, floribus umbellatis. *Hall. hist.* 66.

Jacobæa foliis longis integris et mucronatis. *Hist. Ox. III.* 110. f. 7. t. 7. f. 22.

Virgæ aureæ s. Solidagini angustifoliæ affinis, Lingua avis Dalechampii. *B. hist. II.* 1063. *R. syn.* 176.

Conyza palustris. *Park.* 1231. ferratifolia. *B. pin.* 266.

*Anglis*, marsh Groundsel or Bird's-tongue.

Habitat in fossis palustribus earumque aggeribus in insula Eliensi; near Stretham ferry. R. syn. 4. VIII.

7. SENECIO corollis radiantibus, floribus corymbosis, *saraceni-*  
foliis lanceolatis ferratis glabriusculis. *Sp. pl.* 1221. *cus.*  
*Fac. austr.* II. 52. t. 186.

Senecio foliis lanceolatis ferratis glabris, floribus umbellatis. *Hall. hist.* 65.

Solidago sarraceni. *Fuchs. hist.* 728. *Dod. pempt.* 141. *Ger. em.* 429.

Virga aurea angustifolia serrata. *B. pin.* 268.

Virga aurea maxima radice repente. *R. syn.* 177.

*Anglis*, broad-leaved Groundsel.

Habitat in pratis et pascuis humidis et ad sepes. Inter Wells et Glastonbury et prope Shipton-mallet et alibi in agro Somersetiensi copiose; it grows as plentifully in the fields at Salkeld as the vulgaris. R. syn. circa Clapham et Ingleton in comitatu Eboracensi. 4. VII. VIII.

## S O L I D A G O. 955.

*Recept.* nudum. Pappus simplex. Cor. radii circiter quinque. *Cal.* squamæ imbricatæ, clausæ.

1. SOLIDAGO caule subflexuoso angulato, racemis *Virgaurea.*  
paniculatis erectis confertis. *Sp. pl.* 1235. *rea.*

Solidago caule anguloso hirsuto, foliis ovato-lanceolatis dentatis, racemis multifloris congestis. *Hall. hist.* 69.

Virga aurea. *Ger. em.* 429. *R. syn.* 176. vulgaris.

*Park.* 542. latifolia. *B. hist.* II. 1062.

Virga aurea latifolia serrata. *B. pin.* 268.

- β Virga aurea vulgari humilior. *R. syn.* 176.

*Anglis*, common Golden-rod.

Habitat in sylvis, sepibus, ericetis frequens. 4. VIII.

*Pharmac.* Virgæ aureæ Herba.

2. SOLIDAGO foliis lanceolatis subserratis subincatis, *cambrica.*  
paniculis corymbosis terminalibus.

Virga aurea montana, folio angusto subincano, flosculis conglobatis. *R. syn.* 177.

*Anglis*,

## SYNGENESIA: POLYGAMIA SUPERFLUA.

*Anglis, Welch Golden-rod. Pet. h. br. t. 16. f. 11.*  
 Habitat in montibus circa Llanberris copiose. In montibus in comitatibus Eboracensi et Westmorlandico.  
 ꝛ. VIII.

Obs. variat pedunculo unifloro in summis montibus; an  
 Solidago minuta Linnæi.

## A S T E R. 954.

Recept. nudum. Pappus simplex. Cor. radii plures  
 decem. Cal. imbricati, squamæ inferiores patulæ.

*Tripoli-* 1. ASTER foliis lanceolatis integerrimis carnosis gla-  
*um.* bris, ramis inæquatis, floribus corymbosis. *Sp. pl.*  
 1226. *Fl. dan.* 615.

Aster maritimus cæruleus Tripolium dictus. *R. syn.*  
 175.

Tripolium vulgare majus et minus. *Ger. em.* 413.

Tripolium majus cæruleum et minus. *B. pin.* 267.

Tripolium majus s. vulgare et minus. *Park.* 673.

*Anglis, sea Starwort.*

Habitat in littoribus maritimis, solo lutofo. ꝛ. VIII.

## I N U L A. 956.

Recept. nudum. Pappus simplex. Antheræ basi in  
 setas duas desinentes.

*Heleni-* 1. INULA foliis amplexicaulibus ovatis rugosis, subtus  
*um.* tomentosis, calycum squamis ovatis. *Sp. pl.* 1236.

Aster foliis ovato-lanceolatis ferratis subtus tomento-  
 sis, calycinis ovato-lanceolatis maximis. *Hall. hist.*  
 72.

Helenium. *Cam. ep.* 35. *Ger. em.* 793. *R. syn.* 176.

s. Enula campana. *Park.* 674. *B. hist.* III. 108.

*Anglis, common Elecampane.*

Habitat in pratis et pascuis humidis; in Essexia fre-  
 quens; circa St. Ives in Cornubia et Bugden in co-  
 mitatu Huntingtoniensi; inter Denbigh et St. A-  
 saph. ꝛ. VII. VIII.

*Pharmac.* Enulæ campanæ Radix.

*dysenteri-* 2. INULA foliis amplexicaulibus cordato-oblongis sub-  
*ca.* tomentosis, caule villoso paniculato, squamis caly-  
 cinis setaceis. *Sp. pl.* 1237. *Fl. dan.* 410.

After

Aster foliis amplexicaulibus undulatis subtus tomentosis. *Hall. hist.* 79.

*Conyza media.* *Ger. em.* 482. *R. syn.* 174. asteris flore luteo, vel tertia Dioscoridis. *B. pin.* 265.

*Herba Dysenterica.* *Hoff. altd.*

*Anglis,* middle Elecampane or Fleabane.

Habitat in pratis et pascuis humidis. 4. VIII.

3. *INULA* foliis amplexicaulibus oblongis undulatis, Pulicaria.  
caule erecto, floribus globosis radio brevissimo. *ria.*

*Inula* foliis amplexicaulibus undulatis, caule prostrato, floribus subglobosis radio brevissimo. *Sp. pl.* 1238. *Fl. dan.* 613.

Aster foliis amplexicaulibus undulatis hirsutis, radiis brevissimis. *Hall. hist.* 80.

*Conyza minor.* *Matth. p. II.* 223. *R. syn.* 174.

*Conyza minima.* *Dod. pempt.* 52. *Ger. em.* 482.

*Conyza minor,* flore globofo. *B. pin.* 266.

*Anglis,* lesser Elecampane or Fleabane.

Habitat ad vias et in locis ubi per hyemem aquæ stagnant. VIII. IX.

4. *INULA* foliis linearibus carnosis tricuspидatis. *Sp. criihmoides.*  
*pl.* 1240.

Aster maritimus flavus, *Crithmum chrysanthemum,* dictus. *R. syn.* 174.

*Crithmum chrysanthemum.* *Ger. em.* 533. *Park.* 1287.

*Crithmum maritimum,* flore asteris attici. *B. pin.* 288.

*Anglis,* golden Elecampane or Sampire.

Habitat in palustribus maritimis, solo lutofo. 4. VIII.

### CINERARIA. 957.

*Recept. nudum.* *Pappus simplex.* *Cal. simplex,* polyphyllus, æqualis.

1. *CINERARIA* floribus corymbosis, foliis lato-lanceo-palustris.  
latis dentato-sinuatis, caule villoso. *Sp. pl.* 1243.

*Fl. dan.* 573.

*Othonna* foliis lanceolatis dentato-sinuatis. *Sp. pl.*

*ed. I.* 924.

## SYNGENESIA: POLYGAMIA SUPERFLUA.

*Conyza foliis laciniatis.* *Ger. em.* 483. *R. syn.* 174.

*Conyza aquatica laciniata.* *B. pin.* 266.

*Conyza helenitis foliis laciniatis.* *Park.* 126.

*Anglis,* marsh Cineraria or Fleabane.

*Habitat in palustribus in comitatu Lincolnensi copiose.*

*In the fen-ditches about Marsh and Chatterefs in the isle of Ely; at Caister near Yarmouth; in the ditches about Pillin-moss, Lancashire; at Aberavon in Merionethshire in Wales.* *R. syn.* 4. VI. VII.

*alpina.* 2. CINERARIA umbella involucrata, pedunculo communi nudiusculo, foliis oblongis villosis. *Sp. pl.* 1243. *Jac. austr.* II. 48. t. 179. et 189.

*integri-folia.* Othonna foliis lanceolatis subdenticulatis villosis, floribus umbellatis. *Sp. pl. ed. I.* 925.

Senecio foliis imis petiolatis cordatis obiter dentatis, caulinis ligulatis sessilibus. *Hall. hist.* 68.

Jacobæa montana lanuginosa angustifolia non laciniata. *B. pin.* 131. *Hist. Ox.* III. III. t. 7. f. 12.

Jacobæa pannonica folio non laciniato. *R. syn.* 178.

Jacobæa angustifolia. *Ger. em.* 280. pannonica non laciniata. *Park.* 668.

*Anglis,* mountain Cineraria or Ragwort.

*Habitat in pratis montosis. On Gogmagog hills, Newmarket beach, &c.* *R. syn.* prope Basingstoke et Andover. 4. VI.

## B E L L I S. 962.

*Recept.* nudum, conicum. *Pappus* nullus. *Cal.* hemisphæricus: squamis æqualibus. *Sem.* obovata.

*perennis.* 1. BELLIS scapo nudo. *Sp. pl.* 1248. *Fl. dan.* 503. *Hall. hist.* 93.

Bellis sylvestris minor. *B. pin.* 262. *R. syn.* 184.

Bellis minor sylvestris. *Ger. em.* 635. simplex. *Park.* 530.

*Anglis,* common Daisie.

*Habitat in pratis et pascuis.* 4. III—IX.

*Pharmac.* Bellidis minoris *Herba, Flores, Radix.*

## CHRYSANTHEMUM. 966.

*Recept.* nudum. *Pappus* marginatus. *Cal.* hemisphæricus, imbricatus: squamis marginalibus membranaceis.

1. CHRYSANTHEMUM foliis amplexicaulibus: superne laciniatis, inferne dentato ferratis. *Sp. pl.* 1254. *segetum.*

*Chrysanthemum segetum.* *Clus. hist.* I. 338. *Ger. em.* 743. *R. syn.* 182. nostras. *Park.* 1370.

*Bellis lutea,* foliis profunde incisissimis major. *B. pin.* 262.

- β *Chrysanthemum segetum nostras,* folio glauco multiscisso majus, flore minore. *R. syn.* 183.

- γ *Chrysanthemum segetum nostras,* calendulæ folio glauco, neque secto, neque ferrato. *Pluk. alm.* 102.

*Anglis,* yellow Ox-eye or corn Marigold.

*Habitat inter segetes.* ☉. VI. VII.

2. CHRYSANTHEMUM foliis amplexicaulibus oblongis: superne ferratis inferne dentatis. *Sp. pl.* 1251. *Fl. suec.* 763. *Leucanthemum.*

*Matricaria* foliis radicalibus petiolatis ovatis crenatis, caulinis amplexicaulibus dentatis. *Hall. hist.* 98.

*Leucanthemum vulgare.* *Tourn.* 492. *R. syn.* 184.

*Bellis major.* *Fuchs. hist.* 148. *Cam. ep.* 635. *Ger. em.* 634. vulgaris s. sylvestris. *Park.* 528.

*Bellis sylvestris* caule folioso major. *B. pin.* 261.

*Anglis,* common Ox-eye or greater Daisie.

*Habitat in pratis et pascuis siccis.* ♀. V. VI.

*Pharmac.* *Bellidis majoris Herba, Flores.*

## MATRICARIA. 967.

*Recept.* nudum. *Pappus* nullus. *Cal.* hemisphæricus, imbricatus: marginalibus solidis, acutiusculis.

1. MATRICARIA foliis compositis planis: foliolis ovatis incisissimis, pedunculis ramosis. *Sp. pl.* 1255. *Parthenium.*

*Matricaria* foliis pinnatis, pinnis semipinnatis, laciniatis obtusis, floribus umbellatis. *Hall. hist.* 100.

*Matricaria.* *Dod. cor.* 236. *Lob. ic.* 751. *Ger. em.* 652, vulgaris. *Park.* 83. s. fativa. *B. pin.* 133.

B b 2

*Anglis,*

*Anglis*, common Feverfew.

Habitat in ruderatis et ad sepes. ♂. f. 4. VI. VII.

Pharmac. Matricariæ Herba.

Chamo-  
milla.

2. MATRICARIA receptaculis conicis, feminibus nudis, squamis calycinis margine æqualibus, caule erecto.

Matricaria receptaculis conicis, radiis patentibus, feminibus nudis, squamis calycinis margine æqualibus. *Sp. pl.* 1256.

Matricaria foliis capillaribus duplicato-pinnatis, pinnis lanceolatis bifidis trifidisque, *Hall. nom. et hist.* 101.

Chamæmelum. *Ger. em.* 754. *R. syn.* 184. vulgare. *Dod. pempt.* 257. *Park.* 85. f. Leucanthemum Dioscoridis. *B. pin.* 135.

suaveo-  
lens.

- β Matricaria receptaculis conicis, radiis deflexis, feminibus nudis, squamis calycinis margine æqualibus. *Sp. pl.* 1256.

Matricaria leucanthemos annua suaveolens, chamæmeli folio, ovariis albicantibus. *Vaill. aët. paris.* 1720. 556.

Chamæmelum tenue incisum, foliis floris deorsum protensis : umbone extuberante suavius olens. *Cup. cath. suppl.* 17.

*Anglis*, corn Feverfew.

Habitat in arvis et ad vias. ○. V. VI.

Pharmac. Chamæmeli vulgaris Herba, Flores.

inodora.

3. MATRICARIA receptaculis hemisphæricis, feminibus coronato-marginatis, squamis calycinis margine obsoletis, caule diffuso.

Chrysanthemum foliis pinnatis multifidis, caule ramoso diffuso. *Sp. pl.* 1253.

Matricaria inodora. *Fl. suec.* 765.

Chamæmelum inodorum annum humilius, foliis obscure virèntibus. *Hist. Ox.* III. 36. *R. syn.* 186.

Chamæmelum inodorum f. Cotula non fœtida. *B. hist.* III. 120.

- β Chamæmelum majus, folio tenuissimo, caule rubentè. *Magn. hort. monsp.* 53. *R. syn.* 18.

Matri-



γ *Matricaria* receptaculis hemisphæricis, foliis bipinnatis subcarnosis, supra convexis, subtus carinatis. *maritima*.

*Sp. pl.* 1256.

*Chamæmelum* maritimum perenne humilius, foliis brevibus crassis obscure virentibus. *R. syn.* 186. t. 7.

f. 1.

*Anglis*, corn Feverfew.

Habitat in arvis et ad vias. ☉. ♂. VII. VIII.

## ANTHEMIS. 970.

*Recept.* paleaceum. *Pappus* nullus. *Cal.* hemisphæricus, subæqualis. *Flosculi* radii plures quam quinque.

\* *Radio* discolori f. albo.

1. ANTHEMIS foliis pinnato-compositis linearibus *nobilis*. acutis subvillosis. *Sp. pl.* 1260. feminibus nudis.

*Chamæmelum* foliis subhirsutis, nervo duro, pinnis pinnatis, pinnulis lanceolatis incis. *Hall. hist.* 102.

*Chamæmelum* nobile seu *Leucanthemum* odoratius.

*B. pin.* 135.

*Chamæmelum* odoratissimum repens flore simplici. *B. hist.* III. 118. *R. syn.* 185.

*Chamæmelum* romanum. *Ger. em.* 755.

*Anglis*, common Camomile.

Habitat in pratis et pascuis apricis. ♀. VIII, IX.

*Pharmac.* *Chamæmeli Flores.*

2. ANTHEMIS receptaculis conicis, paleis setaceis, *arvensis*. feminibus coronato-marginatis. *Sp. pl.* 1261. foliis villosiusculis.

*Chamæmelum* inodorum. *B. pin.* 135. *R. syn.* 184.

*Bupthalmum* album. *Pet. h. br. t.* 19. f. 8.

*Cotula.* *Tab. ic.* 21.

*Anglis*, corn Camomile.

Habitat in arvis et agris restibilibus. ♂. VI. VII.

3. ANTHEMIS receptaculis conicis, paleis setaceis, feminibus nudis. *Sp. pl.* 1261. foliis nudis. *Cotula.*

*Chamæmelum* foliis glabris, duplicato-pinnatis, nervo

## SYNGENESIA : POLYGAMIA SUPERFLUA.

foliaceo, pinnulis lanceolatis, seminibus exasperatis.

*Hall. hist.* 104.

*Chamæmelum foetidum.* *B. pin.* 135. *R. syn.* 185.

*Cotula foetida.* *Ger. em.* 756. *B. hist.* III. 120.

*Anglis*, stinking Camomile or May-weed.

Habitat in arvis et ad vias. ☉. VI. VII.

*maritima.* 4. ANTHEMIS foliis pinnatis denticulatis carnosis nudis punctatis, caule prostrato, calycibus subtomentosis. *Sp. pl.* 1259.

*Anthemis maritima* perennis, foliis crassis et punctatis. *Mich. gen.* 33.

*Chamæmelum maritimum.* *B. hist.* III. 122. latifolium ramosissimum, flore albo. *Pluk. alm.* 97. *R. syn.* 186.

*Matricaria maritima.* *B. pin.* 134.

*Anglis*, sea Camomile.

Habitat in pratis maritimis. ♃. VII. VIII.

\*\* *Radio concolore f. luteo.*

*tinctoria.* 5. ANTHEMIS foliis bipinnatis serratis subtus tomentosis, caule corymboso. *Sp. pl.* 1263.

*Chamæmelum* foliis pinnatis, hirsutis, pinnulis simplicibus, lanceolatis. *Hall. hist.* 105.

*Bupthalmum tanacetii minoris folio.* *B. pin.* 134.

Carex fibrata radice, angustifolia, caule exquisite triangulari, capitulis pulchellis albicantibus, paululum inter se distantibus. *Mich. gen.* 70. t. 33. f. 18.

Gramen cyperoides palustre elegans, spica composita asperiore. *R. syn.* 423. *Hist. Ox. III.* 245.

*Anglis*, rough Carex.

Habitat in palustribus et aquosis, sed rarius. 4. VI.

15. CAREX

15. CAREX spicis ovatis sessilibus remotis androgynis bracteis culmum æquantibus. *Sp. pl.* 1383.  
*Fl. dan.* 370.

Carex spicis androgynis, imis in ala prælongi folii sessilibus, supremis nudis. *Hall. hist.* 1357.

Carex angustifolia, caule triquetro, capitulis pulchellis strigosioribus compactis, inter se distantibus, et in foliorum alis sessilibus. *Mich. gen.* 70. t. 33. f. 16. et t. 33. f. 15.

Gramen cyperoides angustifolium, spicis parvis sessilibus in foliorum alis. *R. syn.* 424. *Hist. Ox.* III. 243. f. 8. t. 12. f. 17. *Pluk. ph. t.* 34. f. 3.

*Anglis*, remote Carex.

Habitat in sylvis humidis et aggeribus fossarum. VII.

\*\*\* Spicis sexu distinctis : femineis sessilibus.

16. CAREX spicis confertis sessilibus subrotundis, flava. mascula lineari, capsulis acutis recurvis. *Sp. pl.* 1384.

Carex spicis femininis petiolatis erectis ovatis echinatis. *Hall. hist.* 1380.

Cyperoides palustre aculeatum, capitulo brevior. *Tour.* 529. *Sch. agr.* 426. *Mich. gen.* 58.

Gramen cyperoides aculeatum germanicum vel minus. *B. pin.* 7. *Hist. Ox.* III. 243. t. 12. f. 19.

Gramen palustre echinatum. *Lob. ic.* 14. *Ger. em.* 17. *B. hist.* II. 497. *R. syn.* 421.

Gramen aculeatum germanicum. *Park.* 1187.

β Gramen cyperoides echinatum majus. *Pet. conc. gr.* 169.

*Anglis*, yellow Carex.

Habitat in palustribus. 4. VI.

17. CAREX spicis femineis sessilibus subsolitariis ovatis montana. masculæ approximatis, culmo nudo, capsulis pubescentibus. *Sp. pl.* 1385.

Carex angustifolia, spicis sessilibus teretibus approximatis, capsulis hirsutis. *Hall. hist.* 1373.

Cyperoides angustifolium montanum, folliculis seminum villosis. *Sch. agr.* 423.

Cyperoides montanum vernum, foliis angustis, superna

perna parte pilosis, caule tenuissimo rotundo-tri-  
quetro, spicis parvis atris, squamis obtusioribus,  
medio nervo tanquam in aristam prolongato, capsu-  
lis oblongis crassioribus subhirsutis trilateris turbi-  
natis. *Muh. gen.* 64. *N.* 68. et 69. *t.* 32. *f.* 3.

Gramen spicatum angustifolium montanum. *B. pin.*  
*4. th.* 47.

*Anglis*, mountain Carex.

Habitat in pratis et ericetis alpinis; prope Sedberg in  
comitatu Eboracensi. *ꝛ.* VI.

Desc. Radix repens; Culmus spithameus, erectus, tri-  
queter, basi foliatus, superne nudus. Folia radicalia  
plurima, caulina duo vel tria, linearia, margine scabra,  
nuda, glauca. Spica mascula terminalis, oblonga, atro-  
fusca. Spicæ femineæ duæ vel tres approximate, ses-  
siles, ovatæ; squamæ atro-purpuræ, obtusiusculæ, nu-  
dæ. Capsulæ imbricatæ ovatæ, triquetrae, obtusius-  
culæ, pallidæ, herbaceæ, villosæ. Bractea ad infimam  
spicam femineam longitudine spicæ. Habitus Caricis  
piluliferæ.

*pilulifera.* 18. CAREX spicis terminalibus confertis subrotundis :  
mascula oblonga. *Sp. pl.* 1385.

Gramen cyperoides tenuifolium spicis ad summum  
caulem sessilibus globulorum æmulis. *R. syn.* 422.  
*Pluk. ph. t.* 91. *f.* 8.

Gramen cyperoides spicis brevibus congestis, folio  
molli. *R. syn.* 421.

*Anglis*, round-headed Carex.

Habitat in pascuis et ericetis humidis passim. *ꝛ.* VI.

*saxatilis.* 19. CAREX spicis tribus ovatis sessilibus alternis, mas-  
cula oblonga. *Sp. pl.* 1385. *Fl. dan.* 159.

Carex spicis maribus ovatis, femininis gracilibus erec-  
tis, capsulis triquetro-conicis. *Hall. hist.* 1406.

Gramen cyperoides vernum minimum. *R. syn.* 421.

Gramen cyperoides spicatum. *Ger. em.* 22.

Gramen caryophyllatæ foliis, spica divulsa. *B. pin.* 3.  
*th.* 46.

Gramen spicatum foliis caryophyllis. *Park.* 1160.

*Anglis*, vernal Carex.

Habitat

Habitat in pratis et ericetis montosis. 4. IV. V.

\*\*\*\* Spicis sexu distinctis : femineis pedunculatis.

20. CAREX spicis androgynis terminalibus pedunculatis : florentibus erectis, fructiferis pendulis. *Sp. pl.* 1386. *Fl. dan.* 158.

Carex spicis ovatis petiolatis congestis, senescentibus pendulis. *Hall. hist.* 1369.

Gramen alpinum pulchrum, foliis caryophyllæis, spicis atris et tumentibus. *Sch. agr.* 481. t. 11. f. 1. 2.

Anglis, black Carex.

Habitat in montibus Cambrobritannicis; circa Llanberris copiose; ex Scotia recepi. 4. VI. VII.

21. CAREX spicis linearibus erectis : mascula breviora *digitata*, inferioreque, bracteis aphyllis, capsulis distantibus. *Sp. pl.* 1384.

Carex spicis femininis petiolatis raris masculam superantibus. *Hall. hist.* 1376.

Cyperoides montanum nemorosum, caule triquetro-compresso, spicis ferrugineis tenuioribus inter se distantibus, capsulis rarius dispositis oblongis turbinatis trilateris. *Mich. gen.* 65. t. 32. f. 9.

Gramen caryophyllum montanum, spica varia. *B. pin.* 4. pr. 23. th. 48. *Sch. agr.* 448.

Gramen caryophyllum polycarpon fructu triangulo. *Læf. pruss.* 112. t. 17.

Anglis, digitated carex.

Habitat in sylvis et nemorosis; prope Bath. D. Sole. 4. V. VI.

22. CAREX spicis ovatis pendulis : mascula longiora *limosa*, erectiore, radice repente. *Sp. pl.* 1386.

Carex spicis femininis pendulis, capsulis ovatis compressis. *Hall. hist.* 1392.

Cyperoides spica pendula breviora, squamis e spadiceo vel fusco rutilante viridibus. *Sch. agr.* 443. t. 10. f. 13.

Anglis, brown Carex.

Habitat in paludibus turfosis in comitatibus Eboracensi, Lancastrensi, Westmorlandico, &c. passim. 4. VI.

23. CAREX

- panicea.* 23. CAREX spicis pedunculatis erectis remotis, femineis linearibus, capsulis obtusiusculis inflatis. *Sp. pl.* 1387. *Fl. dan.* 267.  
 Carex spica mare una pluribusve, femininis petiolatis, erectis, capsulis raris maximis ovato-triquetris bidentatis. *Hall. hist.* 1405.  
 Gramen cyperoides foliis caryophylleis, spicis e rariobus et tumidioribus granis compositis. *R. syn.* 418. *Pluk. ph. t.* 91. *f.* 7.  
 Cyperoides foliis caryophylleis (caule rotundo-triquetro) spicis e rarioribus et tumidioribus vesicis compositis. *Mich. gen.* 61. *t.* 32. *f.* 11.  
*Anglis,* pink Carex.  
 Habitat in pratis et pascuis humidis. 4. VI.
- pallefcens.* 24. CAREX spicis pendulis: mascula erecta, femineis ovatis imbricatis, capsulis confertis obtusis. *Sp. pl.* 1386.  
 Carex spicis femininis pendulis, capsulis ovato-conicis, *Hall. hist.* 1393.  
 Gramen cyperoides polystachyon flavicans, spicis brevibus prope summitatem caulis. *R. syn.* 419. *Hist. Ox. III.* 243. *f.* 8. *t.* 12. *f.* 16. *Pluk. ph. t.* 37. *f.* 5. *Mich. gen.* 61. *t.* 32. *f.* 13.  
*Anglis,* pale Carex.  
 Habitat in pratis et pascuis humidis. 4. VI.
- Pseudo-cyperus.* 25. CAREX spicis confertis pedunculatis pendulis, mascula erecta, femineis cylindricis, capsulis aristatis furcatis.  
 Carex spicis pendulis, pedunculis geminatis. *Sp. pl.* 1387.  
 Carex spicis femininis pendulis asperis, capsulis longe rostratis retroverfis. *Hall. hist.* 1397.  
 Gramen cyperoides spica pendula brevior. *B. pin.* 6. *th.* 86. *Hist. Ox. III.* 242. *f.* 8. *t.* 12. *f.* 5. *R. syn.* 419.  
 Pseudo-cyperus. *Dod. pempt.* 339. *Ger. em.* 29.  
 Cyperus s. Pseudo-cyperus spica pendula brevior. *Park.* 1266.

*Anglis,*

*Anglis*, bastard Carex or Cyperus.

Habitat in nemorosis humidis et ad ripas fossarum. 2.

VI.

26. CAREX spicis subseffilibus pendulis, mascula erecta, *pendula*, femineis cylindricis longissimis, capsulis subrotundis acuminatis.

Carex spicis femininis pendulis longissimis, capsulis mucronatis ovatis. *Hall. hist.* 1396.

Gramen cyperoides spica pendula longiore. *Park.* 1267. *R. syn.* 420. *Hist. Ox.* III. 242. f. 8. t. 12. f. 4.

Gramen spica pendula longiore et angustiore. *B. pin.* 6. pr. 13. th. 85. *Hist.* II. 497.

*Anglis*, pendulous Carex.

Habitat in sylvis et sepibus humidis inter Hampstead et Highgate, et inter Marylebon et Kilbourn copiose.

2. V. VI.

27. CAREX spicis pedunculatis pendulis, mascula erecta *strigosa*, femineis filiformibus laxis, capsulis subrotundis, acuminatis.

Gramen cyperoides polystachyon majusculum, spicis multis, longis et strigosis. *R. syn.* 419.

*Anglis*, loose Carex.

Habitat in sylvis et sepibus. Found in a lane at Black Notley in Essex. Mr. Dale. *R. syn.* prope Oxford. D. Sheffield. 2. V. VI.

Obs. Spica filiformia Capsulæ imbricatæ subrotundæ; Squamæ amenti oblongiusculæ, obtusæ.

28. CAREX spicis pedunculatis pendulis, mascula erecta *sylvatica*, femineis filiformibus laxis pedunculo brevioribus, capsulis ovatis aristatis furcatis. *Fl. dan.* 404.

Carex spicis femininis pendulis raris prælongis, capsulis rostratis bifidis. *Hall. hist.* 1395.

Gramen cyperoides sylvarum tenuius spicatum. *Park.* 1171. *Hist. Ox.* III. 243. f. 8. t. 12. f. 9. *R. syn.* 419.

*Anglis*, wood Carex.

Habitat in sylvis. 2. V. VI.

Obs.

## MONOECIA TRIANDRIA.

Obs. *Squamæ amenti ovatæ, acuminatæ.*

- distans.* 29. CAREX spicis remotissimis subseffilibus, bractea vaginante, capsulis angulatis mucronatis. *Sp. pl.* 1387.  
 Carex spicis brevissime petiolatis distitis. *Hall. hist.* 1482.  
 Gramen cyperoides palustre, spicis tribus subrotundis vix aculeatis, spatio distantibus. *Hist. Ox. III.* 243. *f. 8. t. 12. f. 18.*  
 Gramen cyperoides spicis parvis longissime distantibus. *R. syn.* 420.  
*Anglis, loose Carex.*  
 Habitat in palustribus. 4. VI.
- inflata.* 30. CAREX spicis remotis subpedunculatis erectiusculis, mascula erecta lanceolata, capsulis ovatis acuminatis calycis duplo longioribus.  
 Cyperoides sylvarum angustifolium, caule trilatere, spicis parvis, capsulis rarius dispositis obesis, in angustum collum vix ab una parte, ab altera vero magis bifidum coarctatis. *Mich. gen.* 56. *t. 33. f. 5?*  
*Anglis, bottle Carex.*  
 Habitat in palustribus, in Wallia. D. Davies. In comitatibus Eboracensi et Westmorlandico passim. 4. VI. VII.
- Obs. *Affinis Carici distanti. Spica mascula frequentissime solitaria, rarissime duæ.*
- caespitosa.* 31. CAREX spicis erectis cylindricis ternis subseffilibus: mascula terminali, culmo triquetro. *Sp. pl.* 1388.  
 Carex spicis masculis duabus, femininis seffilibus, capsulis ovatis brevissime mucronatis. *Hall. hist.* 1400.  
 Gramen cyperoides foliis caryophylleis, spicis erectis seffilibus, e seminibus confertis compositis. *R. syn.* 418.  
 Gramen caryophylleum angustissimis foliis, spicis seffilibus brevioribus erectis non compactis. *Hist. Ox. III.* 243.  
*Anglis, turfy Carex.*  
 Habitat in pratis, pascuis et nemorosis humidis. 4. V. VI.

Obs.



Obs. *variat frequentissime spicis masculis duabus.*

32. CAREX spicis confertis pedunculatis cylindricis sub-*recurva*, pendulis, mascula terminali, capsulis imbricatis obtusiusculis.

Carex spicis maribus una pluribusve, femininis pendulis, capsulis ovato-triquetris confertis. *Hall. hist.* 1408.

Gramen cyperoides foliis caryophylleis, spicis oblongis e pediculis longioribus pendulis. *R. syn.* 418.

Gramen cyperoides nemorosum, spica subnigra recurva. *Hist. Ox.* III. 243. f. 8. t. 12. f. 14.

*Anglis*, heath Carex.

Habitat in pratis, pascuis et ericetis. 4. V. VI.

Obs. Culmus erectus, triqueter, superne nudus; Calyx obtusiusculus, atro-fuscus. Capsula obtusa pallide herbacea, *variat spicis masculis duabus.*

\*\*\*\*\* Spicis sexu distinctis: masculis pluribus.

33. CAREX spicis masculis pluribus, femineis subpedunculatis erectis, capsulis ovato-lanceolatis aristato-acuta. acuminatis furcatis.

Carex spicis masculis pluribus, femineis subsessilibus, capsulis obtusiusculis. *Sp. pl.* 1388.

Carex spicis masculis ternis, femininis numerosis erectis, brevissime petiolatis, capsulis bicornibus. *Hall. hist.* 1404.

Gramen cyperoides. *Ger. em.* 12. latifolium spica rufa s. caule triangulo. *B. pin.* 6.

Gramen cyperoides cum paniculis nigris. *B. hist.* II. 494. *R. syn.* 417.

Gramen cyperoides majus latifolium. *Park.* 1265.

β Gramen cyperoides majus angustifolium. *Park.* 1265. *Ger. em.* 29.

γ Gramen cyperoides minus angustifolium. *Park.* 1266. *Anglis*, acute Carex.

Habitat in aquosis et ad rivulos. 4. V.

34. CAREX spicis masculis pluribus, femineis subpedunculatis, capsulis globosis inflatis acuminatis. *vesicaria.*

Carex spicis masculis pluribus, femineis pedunculatis, capsulis inflatis acuminatis. *Sp. pl.* 1388. *Fl. dan.*

647.

Carex

## MONOECIA TETRANDRIA.

Carex spicis maribus una pluribusve, femininis erectis teretibus, capsulis ampullatis rostratis. *Hall. hist.* 1401.

Gramen cyperoides majus præcox, spicis turgidis teretibus flavescens. *Hist. Ox. III. 242. f. 8. t. 12. f. 6. R. syn. 420.*

β Gramen cyperoides polystachyon majus, spicis teretibus erectis. *R. syn. 419.*

*Anglis, bladder Carex.*

Habitat in palustribus et aquosis. 4. V.

Obs. variat spicis sessilibus et pedunculatis.

*hirta.*

35. CAREX spicis remotis, masculis pluribus, femineis subpedunculatis erectis, capsulis hirtis. *Sp. pl. 1388. Fl. dan. 319.*

Carex caule foliis capsulisque hirsutis. *Hall. hist. 1403.*

Gramen cyperoides polystachyon lanuginosum. *R. syn. 418. Hist. Ox. III. 243. f. 8. t. 12. f. 10.*

Gramen cyperoides norvegicum parium lanosum. *Park. 1172.*

*Anglis, hairy Carex.*

Habitat in pratis et pascuis humidis. 4. VI.

## TETRANDRIA.

## NASMYTHIA.

CAL. Perianthium commune hemisphæricum: foliis orbiculatis, subæqualibus, appressis; persistens, continens Florem hemisphæricam, aggregatam, ex flosculis numerosissimis.

Masculi Flosculi in medio disci.

CAL. Perianthium proprium diphyllum; foliolis cuneiformibus, concavis.

COR. Monopetala, infundibuliformis, bipartita, obtusa.

STAM. Filamenta quatuor, corollulæ inserta, breviora. Antheræ subrotundæ.

Feminei Flosculi in ambitu copiosissimi.

CAL. Perianthium proprium diphyllum: foliolis cuneiformibus, concavis.

COR.

COR. dipetala, erecta, oblonga, concava.

PIST. *Germen* superum didymum; *Stylus* setaceus bipartitus. *Stigmata* simplicia.

PER. *Capsula* dicocca.

SEM. solitaria, subrotunda.

REC. nudum.

I. NASMYTHIA.

*articulata.*

*Eriocaulon* culmo decangulari, foliis ensiformibus.

*Sp. pl.* 129. *Phil. transf. vol.* LIX. 241.

*Eriocaulon* noveboracense, capitulo albo globoso f.

*Globularia* americana statices haud absimilis, cauliculis lanâ atro-nitente refertis. *Pluk. amalth. t.* 409.

*f.* 5?

*Randalia* americana procerior. *Pet. gaz. t.* 6. *f.* 2?

*Anglis*, jointed Nasmythia.

Habitat in lacubus in insula Skye. D. Walker. 4.

VII.

LITTORELLA. *Mant. II.* 160.

Masc. *Cal.* tetraphyllus. *Cor.* monopetala, quadrifida. *Stam.* longissima.

Fem. *Cal.* nullus. *Cor.* monopetala, obsolete trifida. *Stylus* filiformis longissimus. *Sem.* Nux unilocularis.

I. LITTORELLA. *Mant. II.* 295. *Fl. dan.* 170. *lacustris.*

*Plantago* scapo unifloro. *Sp. pl.* 167. *Hall. hist.* 655.

*Plantago* palustris gramineo folio, monanthos parisiensis. *Tourn.* 128. *R. syn.* 316.

*Plantago* floribus femineis sessilibus ad exortum scapi uniflori maris. *Juss. aët. paris.* 1742. 131. *t.* 7.

Gramen junceum f. *Holosteum* minimum palustre capitulis quatuor longissimis staminibus donatis. *Hist.*

*Ox. III.* 230. *t.* 9. *f.* 30. *Pluk. ph. t.* 25. *f.* 2.

*Anglis*, small Littorella.

Habitat in palustribus arenosis passim; in ericeto Hounflejano prope Witton. 4. VII. VIII.

## B E T U L A. 1052.

Masc. *Cal.* monophyllus, trifidus, triflorus. *Cor.*  
quadripartita.

Fem. *Cal.* monophyllus, subtrifidus, biflorus. *Sem.*  
utrinque membrana alata.

- alba.* 1. BETULA foliis ovatis acuminatis ferratis. *Sp. pl.*  
1393.  
Betula foliis cordato-lanceolatis ferratis. *Hall. hist.*  
1628.  
Betula. *B. pin.* 427. *hist. I.* 148. *Ger. em.* 1478. *R.*  
*syn.* 443.  
*Anglis*, common Birch-tree. *Hunt. ev. sylv.* 225.  
Habitat in sylvis et sepibus humidis. *H.* VII.
- nana.* 2. BETULA foliis orbiculatis crenatis. *Fl. lapp.* 266.  
*t. 6. f. 4.* *Sp. pl.* 1394. *Hall. hist.* 1629. *Fl. dan.*  
91.  
Betula pumila, foliis subrotundis. *Amm. ruth.* 180.  
*com. petrop. IX.* 319. *t. 14.*  
*Anglis*, dwarf Birch-tree.  
Habitat in montosis et ericetis humidis. Found by Sir J.  
Nasmyth in Twedale. *H.*
- alnus.* 3. BETULA pedunculis ramosis. *Sp. pl.* 1394.  
Alnus foliis glabris rotundis, rotunde crenatis, spon-  
giolis ad nervum angulis. *Hall. hist.* 1630.  
Alnus. *Cam. ep.* 60. *Ger. em.* 1477. *R. syn.* 442.  
vulgaris. *Park.* 1408.  
Alnus rotundifolia glutinosa vulgaris. *B. pin.* 428.  
β Alnus vulgaris, sub conis ligulis membranaceis rubris.  
*R. syn.* 442.  
*Anglis*, common Alder-tree. *Hunt. ev. sylv.* 240.  
Habitat in aquosis. *H.* VII.

## B U X U S. 1053.

Masc. *Cal.* triphyllus. Petala duo, Germinis rudi-  
mentum.

Fem.

Fem. *Cal.* tetraphyllus. *Pétala* tria. *Styli* tres. *Caps.* trirostris, trilocularis. *Sem.* duo.

1. BUXUS. *Cam. ep.* 601. *Ger. em.* 1410. *R. syn.* *sempervirens* 445. *Hall. hist.* 1610. *Sp. pl.* 1394. *arborescens.*  
*B. pin.* 471.

*Buxus arbor vulgaris.* *Park.* 1428.

2. *Buxus angustifolia.* *R. syn.* 445.

*Anglis, Box-tree.*

*Habitat in sylvis et sepibus.* *H.* IV.

*Pharmac. Buxi Folia, Lignum.*

U R T I C A. 1054.

Masc. *Cal.* tetraphyllus. *Cor.* nulla. *Nectarium* centrale cyathiforme.

Fem. *Cal.* bivalvis. *Cor.* o. *Sem.* unicum, nitidum.

1. URTICA foliis oppositis ovatis ferratis, amentis fructiferis globosis. *Sp. pl.* 1395. *pilulifera.*

*Urtica urens pilulas ferens.* *B. pin.* 232.

*Urtica romana.* *Ger. em.* 706. *Park.* 440.

*Urtica pilulifera folio profundius urticæ majoris in modum ferrato, semine magno lini.* *R. syn.* 140.

*Anglis, roman Nettle.*

*Habitat in ruderatis; plentifully at Yarmouth in North-folk; Aldborough in Suffolk.* *R. syn.* ☉. VIII.

*Pharmac. Urticæ romanæ Semina.*

2. URTICA foliis oppositis ovalibus. *Sp. pl.* 1396. *urens.*

*Urtica sexubus sede disjunctis, foliis ovato-lanceolatis ferratis, spicis oblongis.* *Hall. hist.* 1615.

*Urtica urens minor.* *B. pin.* 232.

*Urtica minor.* *Ger. em.* 707. *R. syn.* 140.

*Anglis, lesser Nettle.*

*Habitat in ruderatis, cultis.* ☉. VII—IX.

3. URTICA foliis oppositis cordatis, racemis geminis. *Urtica.*  
*Sp. pl.* 1396.

*Urtica stirpibus sexu distinctis, foliis ovato-lanceolatis productis ferratis.* *Hall. hist.* 1614.

## MONOECIA PENTANDRIA.

Urtica. *Cæsalp.* 156. urens. *Ger. em.* 706. maxima.  
*B. pin.* 232.

Urtica racemifera major perennis. *R. syn.* 139.  
*Anglis*, common Nettle.

Habitat in ruderatis et ad sepes. 4. VII.

*Pharmac.* Urticæ Semina, Folia, Cymæ.

## PENTANDRIA.

## XANTHIUM. 1056.

Masc. *Cal.* communis imbricatus. *Cor.* monopetalæ,  
 quinquefidæ, infundibuliformes. *Receptaculum* pa-  
 leaceum.

Fem. *Cal.* involucrium diphyllum, biflorum. *Cor.* o.  
*Drupa* ficca muricata, bifida. *Nucleus* bilocularis.

*Struma-*  
*rium.*

I. XANTHIUM caule inermi, foliis cordatis trinerva-  
 tis. *Sp. pl.* 1400.

Xanthium foliis semitrilobatis, aculeis uncinatis.

Xanthium. *Cam. ep.* 926. f. Lappa minor. *B. hist.*  
 III. 572. *Park.* 1222.

Lappa minor Xanthium Dioscoridis. *B. pin.* 198.

Bardana minor. *Ger. em.* 809.

*Anglis*, lesser Xanthium or Burdock.

Habitat in fimetis et pinguibus. O. VI—IX.

*Pharmac.* Strumaræ Herba.

## AMARANTHUS. 1060.

Masc. *Cal.* triphyllus. *Cor.* o. *Stam.* tria f. quinque.

Fem. *Cal.* triphyllus. *Cor.* o. *Styli* tres. *Caps.* uni-  
 locularis circumscissa. *Sem.* unicum.

*Blitum.* I. AMARANTHUS glomerulis lateralibus, floribus  
 trifidis, foliis ovatis retusis, caule diffuso. *Sp. pl.*  
 1405.

Blitum rubrum minus. *Cam. ep.* 235. *Ger. em.* 321.

*B. pin.* 118. *R. syn.* 157.

Blitum album minus. *Cam. ep.* 236.

# MONOECIA POLYANDRIA.

419

*Anglis*, least Amaranth or Flower-gentle.  
Habitat in ruderatis. ☉. VIII.

## P O L Y A N D R I A.

Masc. *Cal.* multipartitus. *Cor.* o. *Stam.* a sedecim  
ad viginti.

Fem. *Cal.* multipartitus. *Cor.* o. *Pist.* unicum. *Sty-*  
*lus* o. *Sem.* unicum, nudum.

### C E R A T O P H Y L L U M. 1065.

1. CERATOPHYLLUM. *Fl. suec.* 866.

Ceratophyllum foliis dichotomo-bigeminis, fructibus *demer-*  
trispinosis. *Sp. pl.* 1409. *sum.*

Ceratophyllum foliis subspinosis, capsula tricorni.  
*Hall. hist.* 1599.

Hydroceratophyllum folio aspero, quatuor cornibus  
armato. *Vaill. act. paris.* 1719. 16. t. 2. f. 1. *R.*  
*syn.* 135.

Millefolium aquaticum equisetifolium, seu Equisetum  
ramosum aquis immersum. *Cat. cant.*

2. Ceratophyllum foliis dichotomo-trigeminis, fructibus *submer-*  
muticis. *Sp. pl.* 1409. *sum.*

Hydroceratophyllum folio lævi, octo cornibus armato.  
*Vaill. act. paris.* 1719. 16. t. 2. f. 2.

*Anglis*, common Hornwort.

Habitat in fossis et aquis pigrioribus. ♃. VIII. IX.

### M Y R I O P H Y L L U M. 1066.

Masc. *Cal.* tetraphyllus. *Cor.* o. *Stam.* octo.

Fem. *Cal.* tetraphyllus. *Cor.* o. *Pist.* quatuor. *Sty-*  
*lus* o. *Sem.* quatuor, nuda.

1. MYRIOPHYLLUM floribus masculis interrupte *spicatum.*  
spicatis. *Sp. pl.* 1409. *Fl. suec.* 867.

Pentapteris spica nuda. *Hall. hist.* 993.

Potamogeton foliis pennatis. *Tourn.* 233. *R. syn.*  
150.

## MONOECIA POLYANDRIA.

Millefolium aquaticum pennatum spicatum. *B. pin.*  
141. *pr.* 73. *Park.* 1257.

- β Millefolium aquaticum pennatum minus, foliolis fingularibus latiusculis, flosculis subjectis donatum.  
*Hist. Ox.* III. 622. *f.* 15. *t.* 4. *f.* 7.  
*Anglis*, spicked Water-millfoil.  
Habitat in fossis, lacubus et aquis quietis. 4. VII.

verticilla-  
tum.

2. MYRIOPHYLLUM floribus omnibus verticillatis.  
*Sp. pl.* 1410. hermaphroditis. *Syst. nat.* 628.  
Pentapteris floribus alaribus. *Hall. hist.* 992.  
Myriophyllum aquaticum minus. *Clus. hist.* II. 252.  
*Ger. em.* 827. *Vaill. act. paris.* 1719. 31.  
Millefolium aquaticum minus. *Park.* 1257.  
Millefolium aquaticum flosculis ad foliorum nodos.  
*B. pin.* 141. *Læf. pr.* 165.  
Pentapterophyllum aquaticum flosculis ad foliorum nodos.  
*Cat. giff.* 112. *R. syn.* 316.  
*Anglis*, verticillated Water-millfoil.  
Habitat in fossis et aquis stagnantibus. 4. VI. VII.

## SAGITTARIA. 1067.

Masc. *Cal.* triphyllus. *Cor.* tripetala. *Filamenta* fere viginti quatuor.

Fem. *Cal.* triphyllus. *Cor.* tripetala. *Pist.* multa.  
*Sem.* multa, nuda.

sagittifolia. 1. SAGITTARIA foliis sagittatis acutis. *Sp. pl.* 1410.  
*Fl. dan.* 172.

- Sagitta foliis acuminatis. *Hall. hist.* 1185.  
Sagitta. *Cam. ep.* 814. *B. hist.* III. 789. *R. syn.*  
258. minor latifolia. *Park.* 1247.  
Sagitta major. *Ger. em.* 416.  
Sagitta aquatica minor latifolia. *B. pin.* 194.  
β Sagitta aquatica omnium minima. *D. Pluk. R. syn.*  
258.  
*Anglis*, common Arrow-head.  
Habitat in fossis et ad ripas fluviorum. 4. VII.

## POTERIUM.



POTERIUM. 1069.

Masc. *Cal.* tetraphyllus. *Cor.* quadripartita. *Stam.*  
a triginta ad quadraginta.

Fem. *Cal.* tetraphyllus. *Cor.* quadripartita. *Pist.* duo.  
*Bacca* e tubo corollæ indurato.

I. POTERIUM inerme, caulibus subangulosis. *Sp. pl.* Sanguisorba.  
1411. *Hort. upf.* 288. *cliff.* 446.

Pimpinella polystemon. *Hall. hist.* 706.

Sanguisorba minor. *B. hist. III.* 113. *R. syn.* 203.

Pimpinella sanguisorba minor hirsuta. *B. pin.* 160.

Pimpinella vulgaris minor. *Park.* 582.

*Anglis*, common Burnet.

Habitat in pratis et pascuis montosis, solo calcareo. *U.*

VII.

*Pharmac.* Pimpinellæ Herba.

QUERCUS. 1070.

Masc. *Cal.* quinquefidus fere. *Cor.* o. *Stam.* a quinque ad decem.

Fem. *Cal.* monophyllus, integerrimus, scaber. *Cor.* o.  
*Stylus* unicus. *Sem.* unicum ovatum.

I. QUERCUS foliis deciduis oblongis superne latioribus: sinibus acutioribus: angulis obtusis. *Sp. pl.* Robur.

1414.

Quercus foliis glabris semipinnatis, pinnis obtusis, superioribus majoribus. *Hall. hist.* 1626.

Quercus vulgaris. *Ger. em.* 1339.

Quercus latifolia. *Park.* 1385. *R. syn.* 440.

Quercus cum longo pediculo. *B. pin.* 420.

β Quercus latifolia mas quæ brevi pediculo est. *B. pin.* 419.

*Anglis*, common Oak. *Hunt. ev. sylv.* 69.

Habitat in sylvis et sepibus. *H.* IV.

*Pharmac.* Quercus Cortex, Folia, Glandes, Cupulæ.

## MONOECIA POLYANDRIA.

## F A G U S. 1072.

Masc. *Cal.* quinquefidus, campanulatus. *Cor.* o.  
*Stam.* duodecimi.

Fem. *Cal.* quadridentatus. *Cor.* o. *Styli* tres. *Capsf.*  
(*Calyx* antea) muricata, quadrivalvis. *Sem.* duo.

*sylvatica.* 1. FAGUS foliis ovatis obsolete ferratis. *Sp. pl.* 1416.  
Fagus foliis ovato-lanceolatis, oris undulatis. *Hall.*  
*hist.* 1622.  
Fagus. *Cam. ep.* 112. *Ger. em.* 1444. *B. pin.* 419.  
*Park.* 1403. *R. syn.* 439.  
*Anglis*, common Beach-tree. *Hunt. ev. sylv.* 136.  
Habitat in sylvis et sepibus solo calcareo. *H. h.* IV. V.

*Castanea.* \*2. FAGUS foliis lanceolatis acuminato-ferratis subtus  
nudis. *Sp. pl.* 1416.  
Castanea foliis ovato-lanceolatis, ferratis dentibus  
aduncis. *Hall. hist.* 1623.  
Castanea. *Cam. ep.* 118. *B. hist. I.* 121. *Ger. em.*  
1442. *R. syn.* 440. vulgaris. *Park.* 1400.  
Castanea sylvestris. *B. pin.* 419.  
*Anglis*, Chesnut-tree. *Hunt. ev. sylv.* 159.  
Habitat in sylvis et sepibus; in Cantio frequens. *H.* V.  
*Pharmac.* Castaneæ Fructus.

## C A R P I N U S. 1073.

Masc. *Cal.* monophyllus: squama ciliata. *Cor.* o.  
*Stam.* viginti.

Fem. *Cal.* monophyllus: squama ciliata. *Cor.* o.  
*Germina* duo. *Styli* singulis duo. *Nux* ovata.

*Betulus.* 1. CARPINUS squamis strobilorum planis, *Sp. pl.* 1416.  
Carpinus. *Cam. ep.* 71. *Hall. hist.* 1627.  
Ostrya ulmo similis, fructu in umbilicis foliaceis. *B.*  
*pin.* 427. *R. syn.* 451.  
Ostrys five Ostrya. *Park.* 1406.  
Betulus five Carpinus. *Ger. em.* 1479

*Anglis*

# MONOECIA MONODELPHIA.

423

*Anglis*, Horn or Hard-beam-tree; Horse or Horn-beach-tree. *Hunt. ev. sylv.* 143.

Habitat in *sylvis et sepibus*. *H.* V.

## C O R Y L U S. 1074.

Masc. *Cal.* monophyllus, trifidus, squamiformis, uniflorus. *Cor.* o. *Stam.* octo.

Fem. *Cal.* diphyllus, lacerus. *Cor.* o. *Styli* duo.  
*Nux* ovata.

1. CORYLUS stipulis ovatis obtusis. *Sp. pl.* 1417. *Avellana.*

*Corylus sylvestris.* *Lob. ic.* 192. *Ger. em.* 1438. *B. pin.* 418. *R. syn.* 439. *Hall. hist.* 1625.

*Corylus* f. *Nux Avellana sylvestris.* *Park.* 1416.

*Anglis*, common Hasel-nut-tree. *Hunt. ev. sylv.* 220.

Habitat in *sylvis et sepibus*. *H.* III. IV,

*Pharmac.* *Coryli* f. *Avellanæ Fructus.*

# M O N O D E L P H I A.

## P I N U S. 1077.

Masc. *Cal.* tetraphyllus. *Cor.* o. *Stam.* plurimæ.  
*Antheræ* nudæ.

Fem. *Cal.* strobili: squama biflora. *Cor.* o. *Pist.* unicum. *Nux* ala membranacea excepta.

1. PINUS foliis geminis: primordialibus solitariis glabris. *Sp. pl.* 1418. *Fl. juec.* 874. *sylvestris.*

*Pinus* foliis binis convexo-concavis, conis masculis solitariis alaribus. *Hall. hist.* 1660?

*Pinus sylvestris,* *B. pin.* 491. *Ger. em.* 1356. foliis brevibus glaucis, conis parvis albertibus. *R. syn.* 442.

*Anglis*, scotch Fir. *Hunt. ev. sylv.* 266.

Habitat in *alpibus scoticis.* *H.* V.

\*2. PINUS foliis solitariis emarginatis. *Sp. pl.* 1420. *Picea.*

*Pinus* foliis solitariis planis pectinatis emarginatis.

*Hall. hist.* 1658.

F f 4

Abies.

## MONOECIA MONODELPHIA.

Abies. *Ger. em.* 1363. *Park.* 1539. conis sursum  
spectantibus, f. mas. *B. pin.* 505.

*Anglis*, yew-leaved Firr.

Habitat in alpibus Scoticis. *H.* V. VI.

*Pharmac.* Abietis Summitates, Resina.

*Abies.*

\*3. PINUS foliis solitariis subulatis mucronatis lævibus  
bifariam versis. *Sp. pl.* 1421. *Fl. dan.* 193.

Pinus foliis solitariis, tetragonis mucronatis. *Hall. hist.*  
1656.

Abies mas Theophrasti. *R. syn.* 441.

Picea. *Park.* 1538. major. *Ger. em.* 1354.

Picea major, sive Abies rubra. *B. pin.* 493.

*Anglis*, common Firr or Pitch-tree.

Habitat in alpibus Scoticis. *H.* V. VI.

*Pharmac.* Abietis Resina.

## Classis XXII.

## D I O E C I A

## D I A N D R I A.

## S A L I X. 1098.

Masc. *Amenti squamæ. Cor. o. Glandula baseos nectarifera.*

Fem. *Amenti squamæ. Cor. o. Stylus bifidus. Caps. unilocularis, bivalvis. Sem. papposa.*

\* *Foliis glabris ferratis.*

1. SALIX foliis ferratis glabris, floribus hermaphroditis *hermaphroditica,*  
*diandris. Fl. suec. 878. Sp. pl. 1442?*  
*Salix latifolia folio splendente. R. syn. 450.*  
*Anglis, shining Willow.*  
*Habitat in sepibus humidis. About Ashton in Cumber-*  
*land. R. syn. h. III. IV.*
2. SALIX foliis ferratis glabris, floribus triandris. *Sp. pl. triandria.*  
*1442.*  
*Salix foliis glabris, elliptico-lanceolatis, ferratis, sti-*  
*pulis dentatis, julis gracilibus triandris. Hall. hist.*  
*1637?*  
*Salix foliis elliptico-lanceolatis utrinque glabris ap-*  
*pendiculatis. Gmel. sib. I. 155. t. 34. f. 3.*  
*Salix folio Amygdalino utrinque aurito corticem ab-*  
*jiciens. R. syn. 448?*  
*Anglis, smooth Willow.*  
*Habitat in sylvis sepibus et ad ripas fluviorum. B. IV.*  
*Desc. Truncus arboreus, mediocris. Ramuli virgati,*  
*glabri. Folia alterna, petiolata, lanceolata, serrata,*  
*acuta, nuda, subtus glauca, polycaria et tripolicaria.*  
*Petiolus*

## DIOECIA DIANDRIA.

Petiolus brevis, canaliculatus, nudus, nunc stipulatus nunc exstipulatus. Stipulæ duæ laterales, sessiles, subrotundæ dentatæ. Glandulæ duæ ad apicem petioli. Mas. Amentum pedunculatum, lineare, unciale, villosiusculum. Filamenta tria longissima. Antheræ subrotundæ flavæ. Fem. amentum pedunculatum, lineare, unciale, glabriusculum: pedunculis foliaceis. Variat floribus diandris et triandris in eodem Amento.

- pentandria.* 3. SALIX foliis ferratis glabris, flosculis pentandris. *Sp. pl.* 1442. *Fl. lapp.* 370. t. 8. f. 3.  
Salix foliis glabris ovato-lanceolatis, petiolis glandulosis, floribus hexandris. *Hall. hist.* 1639.  
Salix folio laureo, seu lato glabro odorato. *Ph. br. R. syn.* 449.  
*Anglis, sweet Willow.*  
Habitat in sylvis et sepibus; in septentrionali parte Angliæ passim; in sylva Coomb-wood dicta in comitatu Surriensi. *H.* IV.
- vitellina.* 4. SALIX foliis ferratis ovatis acutis glabris: ferraturis cartilagineis, petiolis calloso-punctatis. *Spl. pl.* 1442.  
Salix fativa lutea, folio crenato. *B. pin.* 473.  
*Anglis, yellow Willow.*  
Habitat in salicetis passim. *H.* V.
- amygdalina.* 5. SALIX foliis ferratis glabris lanceolatis petiolatis, stipulis trapeziformibus. *Sp. pl.* 1443.  
Salix stipulis ferratis, foliis lanceolatis ferratis glabris. *Hall. hist.* 1636.  
Salix folio auriculato splendente flexilis. *R. cat. cantab. syn.* 448.  
Salix folio amygdalino utrinque virente aurito. *B. pin.* 473.  
*Anglis, almond-leaved Willow.*  
Habitat in salicetis et ad ripas fluviorum. *H.* IV. V.
- fragilis.* 6. SALIX foliis ferratis glabris ovato-lanceolatis, petiolis dentato-glandulosis. *Sp. pl.* 1443.  
Salix fragilis. *B. pin.* 474. *pr.* 159. *Park.* 1431.  
Salix

Salix folio longo latoque splendente fragilis. *R. syn.*

448.

*Anglis*, crack Willow.

Habitat in sylvis, sepibus et ad ripas fluviorum. *h.*

IV. V.

7. SALIX foliis ferratis glabris lanceolatis : inferioribus *purpurea*.  
oppositis. *Sp. pl.* 1444. *Fl. suec.* 884.

Salix vulgaris nigricans folio non ferrato. *B. pin.* 473.

Salix folio longo subluteo non auriculato viminibus  
rubris. *R. syn.* 450.

*Anglis*, purple Willow.

Habitat in salicetis. *h.* IV. V.

8. SALIX foliis ferratis glabris lanceolato-linearibus : *Helix*.  
superioribus oppositis obliquis. *Sp. pl.* 1444.

Salix monandra, foliis glabris lineari-lanceolatis fer-  
ratis, superne conjugatis, julis tomentos. *Hall.*  
*hist.* 1640.

Salix humilior, foliis angustis subcæruleis ex adverso  
binis. *R. cat. cant.* 144. *Syn.* 448.

Salix tenuior folio minore utrinque glabro, fragilis.  
*B. hist. I.* 213. f. 2.

*Anglis*, rose Willow.

Habitat in sepibus et aquosis. *h.* IV. V.

9. SALIX foliis ferratis glabris ovatis venosis. *Fl. lapp. myrsini-*  
353. t. 8. f. *F. et t.* 7. f. 6. *Sp. pl.* 1445. *tes.*

Salix foliis ovato-lanceolatis venosis ferratis, julis to-  
mentos. *Hall. hist.* 1645.

Salix alpina pumilla myrsinites. *Pont. comp.* 146.

Salix alpina pumilla repens, foliis oblongis exiguis :  
superne splendentibus, inferne cinereis creberrimis  
et tenuissimis crenis. *Till. hort. pis.* 151.

*Anglis*, mountain Willow.

Habitat in montibus Scoticis, in Breadalbane. *D. Mil-*  
*lar.* *h.* V. VI.

10. SALIX foliis ferratis glabris orbiculatis. *Sp. pl. herbacea.*  
1445. *Fl. lapp.* 355. t. 8. f. *H. et t.* 7. f. 3. 4. *Dan.*  
212.

Salix

## DIOECIA DIANDRIA.

*Salix* foliis orbiculatis ferratis glabris, julis paucifloris.

*Hall. hist.* 1649.

*Salix alpina* alni rotundo folio. *Bocc. mus.* II. 19.

t. I. *R. syn.* 448.

*Salix saxatilis minima.* *B. pin.* 474. *pr.* 159.

*Anglis*, herbaceous Willow.

Habitat *in ascensu montis* Snowdon *copiose.* D. G. She-  
rard. *R. syn. et in montibus* Westmorlandicis, Ebo-  
racensibus *et* Scoticis. 4. V.

\*\* *Foliis glabris integerrimis.*

*reticula-* II. SALIX foliis integerrimis glabris ovatis obtusis.  
*ta.* *Sp. pl.* 1446. *Fl. suec.* 888. *dan.* 212.

*Salix* foliis integris ovatis subtus reticulatis. *Fl. lapp.*

359. t. 8. f. 4. *et* t. 7. f. 1. 2.

*Salix* foliis rotundis integerrimis, subtus tomentosis,  
julis gracilibus longe petiolatis. *Hall. hist.* 1650.

*Salix pumila* folio rotundo. *B. hist.* I. 12. *Sch. it.*

*alp.* 43. 340. *R. syn.* 449.

*Anglis*, round-leaved Willow.

Habitat *in montibus* Cambrobritannicis, Eboracensi-  
bus, Westmorlandicis *passim.* 5. V.

*vubra.* 12. SALIX foliis integerrimis glabris lineari-lanceolatis  
acutis. *Fl. angl.* 364.

*Salix* minime fragilis foliis longissimis utrinque viridi-  
bus, non ferratis. *R. syn.* 449.

*Anglis*, red Willow.

Habitat *in salicetis sed rarius.* *In the* Osier-holt *between*  
*Maidenhead and Windsor; and near* Salisbury. Mr.  
Sherard *and* Mr. Rand. *R. syn.* 5. IV. V.

\*\*\* *Foliis integerrimis villosis.*

*repens.* 13. SALIX foliis integerrimis lanceolatis: subtus villo-  
sis nitidis.

*Salix* foliis integerrimis lanceolatis utrinque subpilosis,  
caule repente. *Sp. pl.* 1447.

*Salix procumbens*, foliis lanceolatis subtus sericeis.  
*Hall. hist.* 1644.

*Salix pumila angustifolia* inferne lanuginosa. *B. hist.*  
I. 212. *R. syn.* 447.

*Salix*



*Salix humilis angustifolia repens.* Park. 1434.

*Salix pumila brevi angustoque folio incano.* B. pin.

474.

♂ *Salix alpina pumila rotundifolia repens, inferne subcinerea.* B. pin. 474. R. syn. 448.

*Salix humilis.* Ger. em. 1391.

γ *Salix foliis crassis elliptico-lanceolatis integerrimis, utrinque sericeis.* Hall. hist. 1643.

*Salix pumila foliis utrinque candicantibus et lanuginosis.* R. syn. 447. t. 19. f. 3.

♂ *Salix foliis integerrimis ovatis: subtus villosis nitidis. fusca.*

*Sp. pl. 1447. Fl. lap. 364. t. 8. f. 13.*

*Salix pumila angustifolia prona parte cinerea.* B. hist. 1. 213. R. syn. 447.

*Salix pumila linifolia incana.* B. pin. 474.

*Salix pumila angustifolia recta.* Park. 1434.

*Chamæitea s. Salix pumila.* Ger. em. 1391.

♂ *Salix foliis integerrimis lanceolato-linearibus strictis rosmarinifolia.*

*sessilibus subtus tomentosis.* Sp. pl. 1448.

*Salix oblongo incano aucto folio.* B. pr. 159.

*Salix humilis repens angustifolia.* Lob. ic. p. 2. 137.

*Salix pumila rhamni secundi Clusii folio.* R. syn. 447.

*Anglis, creeping willow.*

*Habitat in ericetis et paludibus turfosis frequens; γ by Sandown castle, near Deal.* R. syn. h. V.

\*\*\*\* *Foliis subserratis villosis.*

14. SALIX foliis ellipticis subserratis rugosis, supra caprea villosis subtus tomentosis.

*Salix foliis ovatis rugosis: subtus tomentosis, undatis superne denticulatis.* Sp. pl. 1448.

*Salix foliis ovatis rugosis, subtus reticulatis tomentosis, julis ovatis, stipulis amplexicaulibus serratis.* Hall. hist. 1653.

*Salix folio ex rotunditate acuminato.* B. pin. 474. R. syn. 449.

*Salix caprea latifolia.* Ger. em. 1390.

♂ *Salix caprea acuto longoque folio.* R. syn. 450.

γ *Salix foliis integerrimis, ovato-lanceolatis subtus sericeis, julis ovatis.* Hall. hist. 1651.

*Salix latifolia rotunda.* B. pin. 474. Park. 1432. R. syn. 449.

Salix

- aurita.  $\delta$  Salix caprea rotundifolia. *Ger. em.* 1390.  
 Salix foliis integerrimis utrinque villosis obovatis appendiculatis. *Sp. pl.* 1446. *Fl. lap.* 369. t. 8. f. y.  
 Salix foliis rugosis reticulatis integerrimis, inferne tomentosis, julis ovatis. *Hall. hist.* 1652.  
 Salix caprea pumila folio subrotundo, subtus incano. *R. syn.* 450.  
 $\epsilon$  Salix folio rotundo minore. *R. syn.* 450.  
*Anglis, common Willow or Sallow.*  
*Habitat in sylvis et sepibus humidis;  $\delta, \epsilon$  in ericetis montosis siccioribus.  $\bar{h}$ . IV. V.*
- diminialis. 15. SALIX foliis subintegerrimis lanceolato-linearibus longissimis acutis subtus sericeis, ramis virgatis. *Sp. pl.* 1448.  
 Salix foliis prælongis obscure dentatis, subtus tomentosis et albicantibus. *Hall. hist.* 1641.  
 Salix folio longissimo. *R. cat. cant.*  
 Salix angustis et longissimis foliis crispis subtus albicantibus. *B. hist. I.* 212.  
*Anglis, osier Willow.*  
*Habitat in sylvis, sepibus et salicetis.  $\bar{h}$ . IV. V.*
- alba. 16. SALIX foliis lanceolatis acuminatis ferratis utrinque pubescentibus: ferraturis infimis glandulosis. *Sp. pl.* 1449.  
 Salix arborea foliis ellipticis lanceolatis, subtus sericeis, dentibus crassescens. *Hall. hist.* 1635.  
 Salix. *Ger. em.* 1389. *R. syn.* 447. arborea angustifolia alba vulgaris. 1430.  
 Salix vulgaris alba arborefcens. *B. pin.* 473.  
*Anglis, white Willow.*  
*Habitat in sylvis et sepibus.  $\bar{h}$ . IV.*  
*Pharmac. Salicis Folia, Cortex.*

## T R I A N D R I A.

E M P E T R U M. 1100.

Mas. *Cal.* tripartitus. *Cor.* tripetala. *Stam.* longa.  
 Fem.

# DIOECIA TETRANDRIA.

431

Fem. *Cal.* tripartitus. *Cor.* tripetala. *Styli* novem.  
*Sem.* 9-sperma.

- I. EMPETRUM procumbens. *Sp. pl.* 1450. *nigrum*  
 Empetrum procumbens, foliis ovato-lanceolatis obtu-  
 fis. *Hall. hist.* 1605.  
 Empetrum montanum, fructu nigro. *Tourn.* 579.  
*R. syn.* 444.  
 Erica baccifera. *Cam. ep.* 77. procumbens. *Ger. em.*  
 1383. nigra. *B. pin.* 486.  
 Erica baccifera nigra. *Park.* 1485.  
*Anglis*, black Crow, Crake or Heath-berry.  
 Habitat in ericetis montosis in boreali parte Angliæ fre-  
 quens. *h.* IV. V.

# T E T R A N D R I A.

## V I S C U M. 1105.

Mas. *Cal.* quadripartitus. *Cor.* o. *Filamenta* o. *An-*  
*theræ* calyci adnatæ.

Fem. *Cal.* tetraphyllus, superus. *Stylus* o. *Cor.* o.  
*Bacca* monosperma.

- I. VISCUM foliis lanceolatis obtusis, caule dichotomo, *album*  
 spicis axillaribus. *Sp. pl.* 1451. *Hall. hist.* 1609.  
 Viscum. *Cam. ep.* 555. *Ger. em.* 1350. *R. syn.* 464.  
 vulgare. *Park.* 1392. baccis albis. *B. pin.* 423.  
*Anglis*, white Miffeltoe.  
 Habitat in arboribus; frutex parasiticus. *h.* V.  
*Pharmac.* Visci Folia.

## H I P P O P H A E. 1106.

Mas. *Cal.* bipartitus. *Cor.* o.

Fem. *Cal.* bifidus. *Cor.* o. *Stylus* unicus. *Bacca*  
 monosperma.

- I. HIPPOPHAE foliis lanceolatis. *Sp. pl.* 1452. *Fl. Rhamni-*  
*dan.* 265. *des.*

Hippophae foliis linearibus, subtus rubiginosis. *Hall.*  
*hist.* 1603.

Rhamnoides

## DIOECIA PENTANDRIA.

Rhamnoides fructifera, foliis falicis, baccis leviter flavescens. *Tourn. Cor.* 55. *R. syn.* 445.

Rhamnus 2. *Clus. hist.* 110. *Ger. em.* 1334.

Rhamnus falicis folio angusto, fructu flavescente. *B. pin.* 477.

Rhamnus primus Dioscoridis Lobelio, five littoralis. *Park.* 1006.

*Anglis*, common Sallow-thorn or Sea Buck-thorn.

Habitat in littoribus maritimis arenosis. On the sea-banks on Lindsey-coast, Lincolnshire. About Sandwich, Deal and Folkston in Kent; between Whitby and Lyth, Yorkshire. *R. syn. in insula Sheepey.* *H.* IV. V.

## M Y R I C A. 1107.

Mas. *Amenti squama lunata.* *Cor.* 0.

Fem. *Amenti squama lunata.* *Cor.* 0. *Styli duo.* *Bacca monosperma.*

*Gale.*

1. MYRICA foliis lanceolatis subserratis, caule suffruticoso. *Sp. pl.* 1453. *Fl. dan.* 327.

*Gale* frutex odoratus septentrionalium, *Elæagnus Cordi.* *B. hist. I.* 223. *R. syn.* 443.

*Rhus myrtifolia belgica.* *B. pin.* 414.

*Rhus sylvestris* f. *Myrtus Brabantica vel Anglica.* *Park.* 1451.

*Myrtus brabantica* f. *Elæagnus Cordi.* *Ger. em.* 1414. *Anglis*, sweet Gale, Willow or Dutch Myrtle.

Habitat in paludibus, in Cornubia, Devoniam, frequens. *H.* V.

## P E N T A N D R I A.

## H U M U L U S. 1116.

Mas. *Cal. pentaphyllus.* *Cor.* 0.

Fem. *Cal. monophyllus*, oblique patens, integer. *Cor.* 0. *Styli duo.* *Sem. unicum intra calycem foliatum.*

1. HUMULUS.

1. HUMULUS. *Sp. pl.* 1457. *Fl. suec.* 908. *Lupulus.*  
*Lupulus.* *Hall. hist.* 1618. mas et femina. *B. hist.*  
*II.* 151. *pin.* 298. *R. syn.* 137.  
*Lupulus salictarius.* *Fuchs. hist.* 124. *Ger. em.* 885.  
*Lupulus sylvestris.* *Park.* 176.  
*Anglis,* Hops.  
*Habitat in sepibus.* 4. VI.  
*Pharmac.* *Lupuli strobili.*

H E X A N D R I A.

T A M U S. 1119.

- Mas. *Cal.* sexpartitus. *Cor.* o.  
 Fem. *Cal.* sexpartitus. *Cor.* o. *Stylus* trifidus. *Bacca*  
*trilocularis,* infera. *Sem.* duo.  
 1. TAMUS foliis cordatis indivisis. *Sp. pl.* 1458. *Hall. communis*  
*hist.* 1620.  
*Tamus racemosa,* flore minore luteo pallefcente.  
*Tourn.* 103. *R. syn.* 262.  
*Bryonia nigra.* *Ger. em.* 871.  
*Bryonia sylvestris nigra.* *Park.* 178.  
*Bryonia lævis* f. *nigra racemosa.* *B. pin.* 297.  
*Anglis,* common Tamus or black Bryony.  
*Habitat in dumetis et ad sepes.* 4. VI.  
*Pharmac.* *Bryoniæ nigræ Folia,* *Radix.*

O C T A N D R I A.

P O P U L U S. 1123.

- Mas. *Amenti Cal.* lamina lacera. *Cor.* turbinata, ob-  
 liqua, integra.  
 Fem. *Amenti Cal.* *Cor.* maris. *Stigma* quadrifidum.  
*Caps.* bilocularis. *Sem.* multa, papposa.  
 1. POPULUS foliis subrotundis dentato-angulatis sub- *alba*  
*tus tomentosis.* *Sp. pl.* 1463. *Hall. hist.* 1634.  
G g Populus

## DIOECIA OCTANDRIA.

*Populus alba.* *Cam. ep.* 61. *Ger. em.* 1486. *Park.* 1410. *R. syn.* 446. majoribus foliis. *B. pin.* 429. *Anglis*, white Poplar. *Hunt. Ev. sylv.* 208. *Habitat in sepibus et sylvis.* ̄. III.

*tremula.* 2. **POPULUS** foliis subrotundis, dentato-angulatis utrinque glabris. *Sp. pl.* 1464. *Populus* foliis glabris orbiculatis acuminatis laxe ferratis. *Hall. hist.* 1633. *Populus lybica.* *Plin. lib. XVI. c.* 23. *Cam. ep.* 67. *Ger. em.* 1487. *Park.* 1411. *R. syn.* 446. *Populus tremula.* *B. pin.* 429. *Anglis*, trembling Poplar or Asp. *Habitat in sylvis humidis.* ̄. III.

*nigra.* 3. **POPULUS** foliis deltoidibus acuminatis ferratis. *Sp. pl.* 1464. *Populus* foliis glabris cordato-rhomboideis ferratis. *Hall. hist.* 1632. *Populus nigra.* *Plin. Lib. XVI. c.* 23. *Cam. ep.* 66. *Ger. em.* 1486. *B. pin.* 429. *Park.* 1410. *R. syn.* 446. *Anglis*, black Poplar. *Habitat in umbrosis humidis et ad fluvios.* ̄. III. *Pharmac.* *Populi nigri Folia, Germinæ.*

## RHODIOLA. 1124.

*Mas. Cal.* quadripartitus. *Cor.* quadripetala.

*Fem. Cal.* quadripartitus. *Cor.* o. *Nectaria* quatuor. *Pist.* quatuor. *Caps.* quatuor, polysperma.

*Rosea.* 1. **RHODIOLA.** *Sp. pl.* 1464. *Fl. lapp.* 378. *dan.* 181.

*Sedum* sexu distinctum, foliis ferratis, floribus densissime umbellatis. *Hall. hist.* 953.

*Anacampseros* radice rosam spirante major. *Tourn.* 264. *R. syn.* 260.

*Rhodia radix.* *B. pin.* 286. *hist. III.* 683. *Ger. em.* 532. *Park.* 729.

*Anglis*, Rosewort.

*Habitat*

Habitat in montibus Westmorlandicis, Cumberlandicis,  
Eboracensibus et Cambrobritannicis frequens. 4.  
VI. VII.

## E N N E A N D R I A.

## M E R C U R I A L I S. 1125.

Mas. Cal. tripartitus. Cor. o. Stam. a novem ad  
duodecim. Antheræ globosæ, didymæ.

Fem. Cal. tripartitus. Cor. o. Styli duo. Caps. di-  
cocca, bilocularis, monosperma.

1. MERCURIALIS caule simplicissimo, foliis scabris. *perennis*.  
*Sp. pl.* 1465. *Fl. dan.* 400.

Mercurialis caule perenni simplici, foliis ovato-lan-  
ceolatis hirsutis. *Hall. hist.* 1601.

Mercurialis perennis repens, Cynocrambe dicta. *R.*  
*syn.* 138.

Mercurialis montana spicata et mercurialis montana  
testiculata. *B. pin.* 122.

Mercurialis sylvestris Cynocrambe dicta vulgaris mas  
et femina. *Park.* 295.

Cynocrambe mas et femina. *Cam.* 998. *Ger. em.* 333.  
*Anglis*, dog's Mercury.

Habitat in sylvis et ad sepes. 4. IV. V.

2. MERCURIALIS caule brachiato, foliis glabris, flo-  
ribus spicatis. *Sp. pl.* 1465.

Mercurialis caule annuo brachiato, foliis conjugatis  
ovato-lanceolatis glabris. *Hall. hist.* 1600.

Mercurialis annua glabra vulgaris. *R. syn.* 139.

Mercurialis spicata s. femina. *B. pin.* 121.

Mercurialis testiculata s. mas. *B. pin.* 121.

Mercurialis mas et femina. *Ger. em.* 332.

Mercurialis vulgaris mas et femina. *Park.* 295.

*Anglis*, annual or french Mercury.

Habitat in ruderatis, cultis, circa Londinum frequens.

⊙. VIII. IX.

## DIOECIA MONADELPHIA.

## HYDROCHARIS. 1126.

Mas. *Spatha* diphylla. *Cal.* trifidus. *Cor.* tripetala.  
*Filamenta* tria interiora stylifera.

Fem. *Cal.* trifidus. *Cor.* tripetala. *Styli* sex. *Caps.*  
sex locularis, polysperma, infera.

*Morsus* 1. HYDROCHARIS. *Sp. pl.* 1466. *Hall. hist.* 1068.  
*ranæ.* *Nymphæa* alba minima. *B. pin.* 193. f. *Morsus* ranæ.  
*Park.* 1252.

*Morsus* ranæ. *Ger. em.* 818.

*Stratiotes* foliis asari, femine rotundo. *R. syn.* 290.  
*Anglis,* Frog-bit.

*Habitat in fossis et aquis leniter fluentibus.* 4. VI.

## MONADELPHIA.

## JUNIPERUS. 1134.

Mas. *Amenti Calyx* squamæ. *Cor.* 0. *Stamina* tria.

Fem. *Cal.* tripartitus. *Petala* tria. *Styli* tres. *Bacca*  
trisperma, tribus tuberculis calycis inæqualibus.

*communis.* 1. JUNIPERUS foliis ternis patentibus mucronatis bac-  
ca longioribus. *Sp. pl.* 1470.

*Juniperus* foliis convexo-concavis aristatis, baccis ala-  
ribus. *Hall. hist.* 1662.

*Juniperus.* *Cam. ep.* 55. *Ger. em.* 1372. vulgaris.  
*Park.* 1028. baccis parvis purpureis. *B. hist. I.*  
293. *R. syn.* 440.

*Juniperus* vulgaris fruticosa. *B. pin.* 488.

2 *Juniperus* alpina. *B. hist. I.* 301.

*Anglis,* common Juniper.

*Habitat in ericetis et montosis.* 5. V.

*Pharmac.* *Juniperi Baccæ, Lignum, Resina.*

## TAXUS. 1135.

Mas. *Cal.* triphyllus gemmæ. *Cor.* 0. *Stamina* multa.  
*Antheræ* peltatæ octofidæ.

Fem.



Fem. *Cal.* triphyllus gemmæ. *Cor.* o. *Stylus* o. *Sem.* unicum, caliculo baccato, integerrimo.

- I. TAXUS foliis approximatis. *Sp. pl.* 1472. *baccata.*  
*Taxus.* *Cam. ep.* 840. *Ger. em.* 1370. *B. pin.* 505.  
*hist. I.* 241. *Park.* 1412. *R. syn.* 445. *baccifera.*  
*Hall. hist.* 1663.  
*Anglis,* common Yew-tree. *Hunt. Ev. sylv.* 383.  
*Habitat in montibus* Westmorlandicis, Cumberlandicis, Herefordiensibus, &c. *frequens.* *h.* III. IV.

## S Y N G E N E S I A.

## R U S C U S. 1139.

Maf. *Cal.* hexaphyllus. *Cor.* o. *Nectarium* centrale, ovatum, apice perforatum.

Fem. *Calyx,* *Cor.* et *Nectar* : maris. *Stylus* unicus. *Bacca* trilocularis. *Sem.* duo.

- I. RUSCUS foliis supra floriferis nudis. *Sp. pl.* 1472. *aculeatus.*  
*Ruscus* foliis ovato-lanceolatis pungentibus, petiolis brevissimis vaginosis. *Hall. hist.* 1238.  
*Ruscus.* *B. pin.* 470. *Park.* 253. *R. syn.* 262. f.  
*Bruscus.* *Ger. em.* 907.  
*Anglis,* common Butcher's-broom or Knee Holly.  
*Habitat in dumetis et ericetis.* *h.* III. IV.  
*Pharmac.* *Rusci Radix.*

## B R Y O N I A. 1093.

Maf. *Cal.* quinquedentatus. *Cor.* quinquepartita. *Filamenta* tria.

Fem. *Cal.* quinquedentatus. *Cor.* quinquepartita. *Stylus* trifidus. *Bacca* subglobosa, polysperma.

- I. BRYONIA foliis palmatis utrinque calloso-scabris. *alba.*  
*Sp. pl.* 1438. *Jac. austr. II.* 59. t. 199. *Hall. hist.* 574.

## DIOECIA SYNGENESIA.

Bryonia alba. *Dod. purg.* 230. *Ger. em.* 869. *R. syn.* 261. vulgaris. *Park.* 178.

Bryonia aspera f. alba, baccis rubris. *B. pin.* 297.  
*Anglis*, white Bryony.

Habitat in sepibus et dumetis. 4. VI.

*Pharmac.* Bryoniæ albæ Radix.

*Classis XXIII.*POLYGAMIA  
MONOECIA.

## CALLITRICHE. 13.

*Masculus flos.*

CAL. nullus.

COR. *Petala* duo, opposita, oblonga, concava, conniventia.STAM. *Filamentum* unicum, longissimum rectum.*Anthera* subrotunda, simplex.

PIST. PER. SEM. nulla.

*Femineus flos* in eadem planta.

CAL. COR. ut in mare.

PIST. *Germen* superum compressum. *Styli* duo, filiformes longissimi.PER. *Capsula* obcordata, compressa, bilocularis quadrivalvis.

SEM. solitaria, oblonga.

*Hermaphroditus flos* in eadem planta.

CAL. COR. STAM. ut in mare.

PIST. PER. SEM. ut in femineo.

1. CALLITRICHE foliis emarginatis *aquatica*  
 Callitriche foliis superioribus ovalibus: floribus andro-  
 gynis. *Sp. pl.* 6. *Fl. dan.* 129.  
 Stellaria foliis imis linearibus, superioribus subrotundis. *Hall. hist.* 554.  
 Stellaria. *Dill. giff.* 119. t. 6. *R. syn.* 289. *aquatica.* *Lob. ic.* 792. *Park.* 1282. *B. pin.* 141.  
*Ger. em.* 830.

β Callitriche Plinii. *Col. ecph.* 315.

G g 4

Stellaria

Stellaria foliis petiolatis subrotundis. *Hall. hist.* 553.

Stellaria minor et repens. *R. syn.* 289.

autum-  
nalis.

γ Callitriche foliis omnibus linearibus apice bifidis, floribus hermaphroditis. *Sp. pl.* 6.

Stellaria foliis omnibus linearibus. *Hall. hist.* 555.

Stellaria aquatica longifolia. *R. syn.* 290.

Lenticula aquatica angustifolia, folio in apice dissecto.

*Læf. pr.* 140. t. 38.

*Anglis*, common Starwort.

Habitat in fossis et aquis quietis, β in aquis fluentibus.

○. III—X.

### H O L C U S. 1146.

Hermaphroditus. *Calyx.* Gluma biflora. *Cor.* Gluma aristata. *Stam.* tria. *Styli* duo. *Sem.* unicum.

Masc. *Cal.* Gluma bivalvis. *Cor.* o. *Stam.* tria.

*lanatus.* 1. HOLCUS glumis bifloris villosis: hermaphrodito mutico, masculo arista recurva. *Sp. pl.* 1485. *Schr. gr.* 145. t. 20. f. 1.

Avena diantha, floribus ovatis, perfecto mutico, imperfecto aristato. *Hall. hist.* 1484.

Gramen pratense paniculatum molle. *B. pin.* 2. *pr.* 3. *th.* 37. *Park.* 1155. *Sch. agr.* 234.

Gramen miliaceum paniculatum molle. *Pet. conc. gr.* 124. *R. syn.* 404.

*Anglis*, meadow Soft-grass.

Habitat in pratis et pascuis. 4. VI. VII:

*mollis.* 2. HOLCUS glumis bifloris nudiusculis: flosculo hermaphrodito mutico, masculo arista geniculata. *Sp. pl.* 1485. *Schr. gram.* 149. t. 20. f. 2.

Gramen caninum longius radicatatum. *B. pin.* 1.

Gramen paniculatum molle, radice graminis canini repente. *Hist. Ox.* III. 202.

Gramen miliaceum aristatum molle. *Pet. conc. gr.* 125. *R. syn.* 401.

Gramen caninum paniculatum molle. *R. hist.* 1285. *Sch. agr.* 235. t. 4. f. 25.

*Anglis.*

*Anglis*, creeping Soft-grafs.

Habitat in arvis et ad sepēs. ♀. VII. VIII.

Æ G I L O P S. 1150.

Hermaphrod. *Cal.* Gluma solitaria, bipartita. *Cor.*  
Gluma calyci contraria. *Stam.* tria. *Styli* duo.  
*Sem.* unicum.

Masc. *Cal.* et *Cor.* Gluma ut in priore. *Stam.* tria.

1. ÆGILOPS spica subulata mutica lævi incurva, ca-*incurva*.  
lycibus unifloris. *Sp. pl.* 1490.

Gramen parvum marinum, spica loliacea. *Ger. em.*  
78. *R. syn.* 395.

Gramen loliaceum maritimum, spicis gracilibus arti-  
culatis recurvis. *Hist. Ox. III.* 128.

Gramen loliaceum, spicis articulosis erectis. *Sch. agr.*  
43.

Gramen loliaceum minus spica simplici. *B. pin.* 9.  
*pr.* 19.

Phoenix acerosa aculeata. *Park.* 1145.  
*Anglis*, sea Hard-grafs.

Habitat in pascuis maritimis. ☉. VI—VIII.

V A L A N T I A. 1151.

Hermaphrod. *Cal.* o. *Cor.* quadripartita. *Stam.* qua-  
tuor. *Stylus* bifidus. *Sem.* unicum.

Masc. *Cal.* o. *Cor.* quadripartita. *Stam.* quatuor.  
*Pist.* obsoletum.

1. VALANTIA floribus masculis quadrifidis, peduncu-*Cruciata*.  
lis diphyllis. *Sp. pl.* 1491.

Galium foliis quaternis hirsutis, petiolis octifloris.  
*Hall. hist.* 709.

*Cruciata.* *Dod. pempt.* 257. *Ger. em.* 1123. *R. syn.*  
223. vulgaris. *Park.* 566.

*Cruciata* hirsuta. *B. pin.* 335.

*Anglis*, common Crosswort.

Habitat in dumetis et ad sepēs. ♀. VI. VII.

*Pharmac.* *Cruciatæ* Herba.

PARIE-

## PARIETARIA. 1152.

Hermaphrod. *Cal.* quadrifidus. *Cor.* o. *Stam.* quatuor. *Stylus* unicus. *Sem.* unicum, superum, elongatum.

Fem. *Cal.* quadrifidus. *Cor.* o. *Stam.* o. *Stylus* unicus. *Sem.* unicum, superum, elongatum.

*officinalis.* 1. PARIETARIA foliis lanceolato-ovatis, pedunculis dichotomis, calycibus diphyllis. *Syst. nat.* 672. *Sp. pl.* 1492.

Parietaria foliis hirsutis, elliptico-lanceolatis. *Hall. hist.* 1612.

Parietaria. *Ger. em.* 331. *B. hist.* II. 976. *R. syn.* 158. vulgaris. *Park.* 437.

Parietaria officinarum et Dioscoridis. *B. pin.* 121. *Anglis*, common Pellitory of the Wall.

Habitat in ruderatis et muris. 4. V—IX. *Pharmac.* Parietariæ Herba.

## ATRIPLEX. 1153.

Hermaphrod. *Cal.* pentaphyllus. *Cor.* o. *Stam.* quinque. *Stylus* bipartitus. *Sem.* unicum, depressum.

Fem. *Cal.* diphyllus. *Cor.* o. *Stylus* bipartitus. *Sem.* unicum, compressum.

*portulacoides.* 1. ATRIPLEX caule fruticoso, foliis obovatis. *Sp. pl.* 1493.

Atriplex maritima fruticosa, Halimus et Portulaca marina dicta, angustifolia. *R. syn.* 153.

Halimus seu portulaca marina. *B. pin.* 120.

Halimus vulgaris f. portulaca marina. *Ger. em.* 523.

Portulaca marina nostras. *Park.* 724.

*Anglis*, shrubby Orache or sea Purslane.

Habitat in littoribus maritimis, solo lutofo. 2. VII. VIII.

*laciniata.* 2. ATRIPLEX caule herbaceo, foliis deltoidibus sinuato-dentatis undulatis subtus argenteis.

Atriplex

Atriplex caule herbaceo, foliis deltoïdibus dentatis  
subtus argenteis. *Sp. pl.* 1494.

Atriplex maritima. *B. hist.* II. 979. *R. syn.* 152. la-  
ciniata. *B. pin.* 120.

Atriplex marina. *Ger. em.* 324. repens. *Park.* 758.

β Atriplex caule herbaceo, foliis deltoïdibus sinuato-tartarica.  
dentatis undulatis alternis. *Sp. pl.* 1493.

Atriplex maritima nostras procerior, foliis angulosis  
incanis, admodum sinuatis. *Pluk. alm.* 60.

*Anglis*, sea Orache.

Habitat in littoribus maritimis. ☉. VII. VIII.

Obs. α, Caulis bipedalis, erectiusculus, ramosus; ramis  
patulis; β, Caulis tri et quinquepedalis, erectus, ra-  
mosus; ramis erectis. Folia in α et β, deltoïdea, fa-  
rinosa, argentea; Calyx fructus, magnus, deltoïdeus,  
compressus, basi utrinque bidentatus. α, Sata in horto  
in β mutatur.

3. ATRIPLEX caule herbaceo, calycis valvulis femineis hastata.  
magnis deltoïdibus sinuatis. *Sp. pl.* 1494.

Atriplex foliis triangularibus, basi producta, valvulis  
triangularibus subasperis. *Hall. hist.* 1617.

Atriplex sylvestris, folio hastato s. deltoïde. *R. syn.*  
151.

Atriplex sylvestris annua, folio deltoïde triangulari si-  
nuato et mucronato, hastæ cuspidi simili. *Hist. Ox.*  
II. 607. f. 5. t. 32. f. 14.

β Atriplex maritima perennis, folio deltoïde seu trian-  
gulari minus incano. *Hist. Ox.* II. 607.

γ Atriplex maritima ad foliorum basin auriculata pro-  
cumbens et ne vix sinuata. *Pluk. alm.* 61.

*Anglis*, wild Orache.

Habitat in ruderatis, fimetis et littoribus maritimis. ☉.  
VIII. IX.

Obs. variat caule erecto et decumbente, foliis deltoïdibus  
sinuato-dentatis, dentatis et integris.

4. ATRIPLEX caule herbaceo patulo, foliis subdeltoï-  
patulo-lanceolatis, calycibus feminum disco-dentatis.  
*Sp. pl.* 1494.

Atriplex caule herbaceo, foliis superioribus lanceola-  
tis integerrimis. *Hort. cliff.* 469. *Roy. lugdb.* 218.

Atriplex

## POLYGAMIA MONOECIA.

Atriplex foliis imis hamatis, reliquis lingulatis, valvulis feminalibus dentatis. *Hall. hist.* 1616.

Atriplex sylvestris angustifolia. *Ger. em.* 326. *Park.* 748. *R. syn.* 151.

Atriplex angusto oblongo folio. *B. pin.* 119.

β Atriplex caule herbaceo, foliis hastatis dentatis. *Fl. angl.* 376.

Atriplex angustifolia laciniata. *R. syn.* 152.

*Anglis*, spreading Orache.

Habitat in ruderatis et ad sepes. ☉. VIII.

*serrata.* 5. ATRIPLEX caule herbaceo erectiusculo, foliis linearibus ferratis. *Fl. angl.* 377.

Atriplex angustifolia maritima dentata. *R. syn.* 152.

Atriplex maritima angustifolia. *B. pin.* 152.

*Anglis*, serrated Orache. *Pet. h. br. t.* 7. f. 4.

Habitat in ruderatis et littoribus maritimis. ☉. VIII.

*littoralis.* 6. ATRIPLEX caule herbaceo erecto, foliis omnibus linearibus integerrimis. *Sp. pl.* 1494.

Atriplex angustissimo et longissimo folio. *Herm. lugd.* 79. *Tourn.* 505. *R. syn.* 153.

β Atriplex maritima scopariæ folio. *R. syn.* 153.

γ Atriplex maritima angustifolia, obtusiore folio. *R. syn.* 153.

*Anglis*, grass Orache. *Pet. h. br. t.* 7. f. 6.

Habitat in ruderatis et littoribus maritimis. ☉. VIII.

*pedunculata.* 7. ATRIPLEX caule herbaceo divaricato, foliis lanceolatis obtusis integris, calycibus femineis pedunculatis. *Sp. pl.* 1675.

Atriplex marina femine lato. *Ph. br.* *R. syn.* 153.

Atriplex maritima Halimus dicta, humilis erecta, femine folliculis membranaceis bivalvibus in latitudinem expansis et utrinque recurvis, longo pediculo insidentibus, clauso. *Pluk. ph. t.* 36. f. 1.

β Atriplex maritima nostras Ocymi minoris folio. *D. Pluk.* *R. syn.* 253.

*Anglis*, pedunculated Orache.

Habitat in littoribus maritimis; prope Schiibeck vicum milliare a Bostoniam distantem, copiose provenit. *D. Pluknet.*



POLYGAMIA DIOECIA.

445

Pluknet. Found in the Isle of Thanet, near the ferry-house, in great plenty. Mr. Sherard. R. syn. prope Yarmouth. ☉. VII—IX.

A C E R. 1155.

Hermaphrod. Cal. quinquefidus. Cor. pentapetala. Stam. octo. Pist. unicum. Caps. duæ s. tres, monospermæ, ala tarminatæ.

Masc. Cal. quinquefidus. Cor. pentapetala. Stam. octo.

1. ACER foliis quinquelobis inæqualiter ferratis, floribus racemosis. Sp. pl. 1495. *Pseudo-platanus.*

Acer foliis quinquelobis, acute ferratis, racemis pendulis. Hall. hist. 1029.\*\*\*\*\*

Acer montanum candidum. B. pin. 430.

Acer majus. Dod. pem. 840. Ger. em. 1484. R. syn. 470. latifolium, Sycomorus falso dictum. Park. 1425.

Anglis, greater Mapple or Sycamore. Hunt. Evel. syl. 200.

Habitat in sepibus et ad domos. ʒ. V. VI.

2. ACER foliis lobatis obtusis emarginatis. Sp. pl. 1497. *campestre.*

Acer foliis semitrilobis, obtusis, lobis lateralibus emarginatis. Hall. hist. 1029\*\*\*\*\*.

Acer minus. Dod. pem. 840. Ger. em. 1484. R. syn. 470. et vulgare. Park. 1426.

Acer campestre et minus. B. pin. 431.

Acer campestre et minus, fructu rubente. Vail. paris. R. syn. 470.

Anglis, common Mapple. Hunt. Evel. syl. 190.

Habitat in sepibus et dumetis. ʒ. VI.

D I O E C I A.

F R A X I N U S. 1160.

Hermaphrod. Cal. quadripartitus. Cor. o. Stam. duo. Pist. unicum. Sem. unicum, lanceolatum.

Fem.

Fem. *Pist.* unicum. *Sem.* unicum, lanceolatum.

- excelsior.* 1. FRAXINUS foliis ferratis, floribus apetalis. *Sp. pl.* 1509. *Fl. suec.* 926.  
 Fraxinus apetala, foliis pinnatis ferratis. *Hall. hist.* 528.  
 Fraxinus. *Ded. pempt.* 771. *Cam. ep.* 64. *Ger. em.* 1472. *R. syn.* 469. *excelsior.* *B. pin.* 416.  
*Anglis*, common Ash-tree. *Hunt. Ev. sylv.* 150.  
 Habitat in sylvis et sepibus. *H.* III. IV.  
*Obs.* variat foliis pinnatis et simplicibus.

## I L E X.

Hermaphrod. *Cal.* quinquedentatus. *Cor.* quinquepartita, rotata. *Stam.* quinque, rotata. *Stylus* nullus. *Stigmata* quatuor. *Bacca* tetrasperma.

Masc. *Cal.* quadridentatus. *Cor.* quadripartita. *Stam.* quatuor.

- aquifolium.* 1. ILEX foliis ovatis acutis spinosis. *Sp. pl.* 181.  
 Ilex aculeata baccifera. *B. pin.* 425.  
 Aquifolium. *Cam. ep.* 84. *Hall. hist.* 667.  
 Agrifolium. *Ger. em.* 1338. f. Aquifolium. *Park.* 1486. *R. syn.* 466.  
*Anglis*, common Holly. *Hunt. Ev. sylv.* 383.  
 Habitat in sylvis, sepibus et ericetis, *H.* V.

*Classis XXIV.*

## CRYPTOGAMIA

## FILICES.

## EQUISETUM. 1169.

*Spica* fructificationibus peltatis, basi dehiscentibus multivalvi.

1. EQUISETUM caule spicato, frondibus compositis. *sylvaticum.*  
*Sp. pl.* 1516.  
 Equisetum foliis repetito ramosis, vaginis levissimis.  
*Hall. hist.* 1680.  
 Equisetum sylvaticum. *Tab. ic.* 253. *Ger. em.* 1114.  
*R. syn.* 130. tenuissimis setis. *B. Pin.* 16.  
 Equisetum omnium minus tenuifolius. *Park.* 1201.
- β Equisetum sylvaticum, procumbens, setis uno versu dispositis. *R. syn.* 131.
- γ Equisetum palustre tenuissimis et longissimis setis.  
*B. pin.* 16. *pr.* 24.  
*Anglis*, wood Horse-tail.  
 Habitat in sylvis et umbrosis humidis. 4. IV. V.
2. EQUISETUM scapo fructificante nudo: sterili *arvense.*  
 frondoso. *Sp. pl.* 1516.  
 Equisetum caule florifero nudo, sterili verticillato, radiorum duodecim. *Hall. hist.* 1676.  
 Equisetum arvense longioribus setis. *B. pin.* 16. *Park.* 1202. *R. syn.* 130.  
 Equisetum segetale. *Ger. em.* 1114.
- β Equisetum pratense longissimis setis. *B. pin.* 16.
- γ Equisetum nudum minus variegatum basiliense. *B. pin.* 16. *pr.* 25. *R. syn.* 130.

*Anglis,*

## CRYPTOGAMIA FILICES.

*Anglis*, corn Horse-tail.  
Habitat in arvis humidis. 4. III. IV.

- palustre.* 3. EQUisetum caule angulato, frondibus simplicibus. *Sp. pl.* 1516. *Fl. suec.* 928.  
Equisetum caule sulcato, ramis multifloris, foliis indivisis. *Hall. hist.* 1677.  
Equisetum palustre brevioribus setis. *B. pin.* 16.  
Equisetum palustre. *Lob. ic.* 795. *Ger. em.* 1114.  
R. *syn.* 131. minus. *Park.* 1200.  
β Equisetum palustre minus polytachion. *B. pin.* 16.  
pr. 24. R. *syn.* 131. t. 5. f. 3.  
*Anglis*, marsh Horse-tail.  
Habitat in palustribus et aquosis. 4. VI. VII.

- fluviale.* 4. EQUisetum caule striato, frondibus subsimplicibus. *Sp. pl.* 1517.  
Equisetum caule florifero nudo, sterili verticillato, radicorum quadraginta. *Hall. hist.* 1675.  
Equisetum. *Cam. epit.* 770. majus. *Ger. em.* 1113.  
R. *syn.* 130. palustre. *Park.* 1290.  
Equisetum palustre longioribus setis. *B. pin.* 15.  
*Anglis*, river Horse-tail.  
Habitat in palustribus et aquosis et ad ripas fluviorum et lacuum.

- limosum.* 5. EQUisetum caule subnudo lævi. *Sp. pl.* 1517.  
Equisetum nudum lævius nostras. R. *syn.* 131. t. 5. f. 6.  
*Anglis*, smooth Horse-tail.  
Habitat in aquosis. 4. VI. VII.

- hyemale.* 6. EQUisetum caule nudo scabro basi subramoso.  
*Sp. pl.* 1517.  
Equisetum caule subnudo asperrimo, vaginis caulinis indivisis, ramis foliatis. *Hall. hist.* 1679.  
Equisetum nudum. *Ger. em.* 1113. R. *syn.* 131.  
Equisetum junceum ramosum. *Park.* 1207.  
Equisetum foliis nudum ramosum. *B. pin.* 16.  
β Equisetum foliis nudum non ramosum s. junceum.  
*B. pin.* 16.

Equisetum

γ *Equisetum læve pœne nudum.* *Pet. com. gr. 238.*  
*Anglis, rough Horse-tail or Shave-grafs.*  
*Habitat in palustribus et aquosis sed rarius.* 4. VIII.

OPHIOGLOSSUM. 1171.

*Spica articulata, distichia: articulis transversim dehiscentibus.*

1. OPHIOGLOSSUM fronde ovato. *Sp. pl. 1518. vulgatum.*  
*Fl. dan. 147.*

*Ophioglossum folio unico ovato-lanceolato obtuso.*  
*Hall. hist. 1685.*

*Ophioglossum. cam. ep. 364. Ger. em. 404. B. hist. III. 708. R. syn. 128. f. Lingua serpentina. Park. 506.*

*Ophioglossum primum f. vulgatum. B. pin. 354.*  
*Anglis, common Adder's Tongue.*

*Habitat in pratis et pascuis humidis.* 4. V. VI.  
*Pharmac. Ophioglossi Herba.*

OSMUNDA. 1172.

*Spica ramosa: Fructificationibus globosis.*

\* *Scapis insidentibus cauli ad basin frondis.*

1. OSMUNDA scapo caulino solitario, fronde pinnata *Lunaria.*  
*solitaria. Sp. pl. 1519. Fl. dan. 18.*

*Osmunda foliis pinnatis flabelliformibus lunatis. Hall. hist. 1686.*

*Lunaria minor. Ger. em. 405. Park. 507. R. syn. 128.*

*Lunaria racemosa minor. B. pin. 354.*

β *Lunaria minor foliis dissectis. R. syn. 129.*  
*Anglis, Moon-wort.*

*Habitat in pratis et pascuis montosis. In comitatibus Eboracensi et Westmorlandico passim.* 4. V.

\*\* *Fronde ipsa fructificationes ferente.*

2. OSMUNDA frondibus bipinnatis apice racemifere-*regalis.*  
*ris. Sp. pl. 1521.*

*Osmunda regalis f. Filix florida. Park. 1038.*

*Filix ramosa non dentata florida. B. pin. 357.*

## CRYPTOGAMIA FILICES.

Filix florida f. Osmunda regalis. *Ger. em.* 1131.  
*Anglis*, common Osmund-royal, or flowering fern.  
 Habitat in aquosis et palustribus putridis. 4. VIII.

\*\*\* *Frondebis aliis foliaceis, aliis fructificantibus.*

- Spicant.* 3. OSMUNDA frondibus lanceolatis pinnatifidis: laciniis confluentibus integerrimis parallelis. *Sp. pl.* 1522. *Fl. suec.* 936. *dan.* 217.  
 Struthiopteris. *Hall. hist.* 1687.  
 Lonchitis aspera. *Ger. em.* 1140. *R. syn.* 118. minor  
*Cam. ep.* 665. *B. pin.* 359. *Park.* 1042.  
*Anglis*, spleenwort Osmund-royal.  
 Habitat in nemorosis et ericetis humidis. 4. VIII.

- crispa.* 4. OSMUNDA frondibus supradecompositis: pinnis alternis subrotundis incis. *Sp. pl.* 1522. *Fl. dan.* 496.  
 Filix foliis triplicato-pinnatis, sterilibus obtusis dentatis, floralibus ovatis integerrimis. *Hall. hist.* 1689.  
 Adiantum album crispum alpinum. *Schwenkf. Cat.* 10. *R. syn.* 126.  
 Adiantum album floridum f. Filicula petræa crispa per-elegans. *R. syn. ed. II.* 51. *Pluk. ph. t.* 9. f. 3.  
*Anglis*, curl'd Osmund-royal, or stone-fern.  
 Habitat in petris et rupibus. In comitatibus Eboracensi, Westmorlandico et Wallia frequens. 4. VIII.

## ACROSTICHUM. 1173.

*Fructificationes* discum totum frondis tegentes.

\* *Fronde simplici divisa.*

- septentrionale.* 1. ACROSTICHUM frondibus nudis linearibus laciniatis. *Sp. pl.* 1524. *Fl. dan.* 60.  
 Acrostichum caule bis bifurcato. *Hall. hist.* 1714.  
 Filix saxatilis Tragi. *Lob. ic.* 47. *B. hist. III.* 755.  
*Park.* 1045. *R. syn.* 120.  
 Filix saxatilis corniculata. *B. pin.* 358.  
*Anglis*, forked or horned Acrostichum.  
 Habitat in fissuris rupium. Ad cacumen montis Carnedh-Lhewelyn prope Lhan-Lhechyd in agro Arvonienfi invenit,

*invenit*, D. Lhwyd. *in muris antiquis* Lhan-Dethylæ uno circiter milliari a Lhan-Rhooft aquilonem versus, D. Richardson. *R. syn. in monte* Ingleborough, D. Tosfield, *in montibus supra* Amblefide *in agro* Westmorlandico. 4. VII.

\*\* *Fronde subbipinnata.*

2. ACROSTICHUM ? frondibus subbipinnatis; pinnis *ilvense.*

opposito-coadunatis obtusis subtus hirsutis: basi integerrimis. *Sp. pl.* 1528.

Filix alpina pedicularis rubræ foliis subtus villosis. D. Lhwyd. *R. syn.* 118.

Filix pumila lonchitidis maranthæ species cambrobriannica. *Pluk. ph. t.* 89. *f.* 8.

Filicula alpina tenerior, alis latiusculis brevioribus integris profunde dentatis. *Hist. Ox. III.* 576. *t.* 3. *f.* 23.

*Anglis*, hairy Acrostichum.

Habitat *in fissuris rupium*; *It grows on a moist black rock, almost at the top of* Clogwyn y Garnedh, *facing North-west, directly above the lower lake.* D. Richardson, *R. syn. in eodem loco inveni.* 4. VII—IX.

P T E R I S. 1174.

*Fruetificationes* in lineis marginalibus.

1. PTERIS frondibus supradecompositis: foliolis pin- *aquilina.*  
natis: pinnis lanceolatis: infimis pinnatifidis, superioribus minoribus. *Sp. pl.* 1533.

Filix foliis triplicato-pinnatis, pinnis nervosis integerrimis, ultimis lanceolatis. *Hall. hist.* 1688.

Filix femina. *Fuchf. hist.* 596. *Cam. ep.* 992. *Ger. em.* 1128. *R. syn.* 124. vulgaris. *Park.* 1037.

Filix ramosa major, pinnulis obtusis non dentatis. *B. pin.* 357.

2 Filicula saxatilis ramosa maritima nostras. *R. syn.* 125. *Pluk. ph. t.* 182. *f.* 1.

*Anglis*, female Brakes, or Fern.

Habitat *in sylvis et ercetis* 4. VIII.

## CRYPTOGAMIA FILICES.

## ASPLENIUM. 1178.

*Frustrificationes* in lineolis disci frondis sparsis.

\* *Fronde simplici.*

- Scolopendrium.* 1. ASPLENIUM frondibus simplicibus cordato-lingulatis integerrimis, stipitibus hirsutis. *Sp. pl.* 1537. Asplenium petiolis hirsutis, folio longe lineari-lanceolato integerrimo postice cordato. *Hall. hist.* 1695. Phyllitis. *Cam. ep.* 579. *Ger. em.* 1138. *R. syn.* 116. f. *Lingua cervina vulgaris.* *Park.* 1046. *Lingua cervina officinarum.* *B. pin.* 353. *Anglis,* Hart's tongue Spleen-wort. *Habitat in umbrosis saxosis.* 4. VIII. *Pharmac.* Phyllitidis *Folia.*

\*\* *Fronde pinnatifida.*

- Ceterach.* 2. ASPLENIUM frondibus pinnatifidis: lobis alternis confluentibus. *Sp. pl.* 1538. Asplenium foliis pinnatis, pinnis in basi dilatatis obtusis, subtus muscosis. *Hall. hist.* 1694. Asplenium. *Cam. ep.* 640. f. *Ceterach.* *B. hist.* III. 749. *Ger. em.* 1139. *Park.* 1046. *R. syn.* 118. *Ceterach officinarum.* *B. pin.* 354. *Anglis,* common Spleenwort. *Habitat in muris antiquis et fissuris rupium humidis: Circa Bristolium copiose.* 4. V—X. *Pharmac.* *Ceterach* f. *Asplenii Herba.*

\*\*\* *Fronde pinnata.*

- Trichomanes.* 3. ASPLENIUM frondibus pinnatis: pinnis subrotundis crenatis. *Sp. pl.* 1540. *Hall. hist.* 1693. *Trichomanes.* *Fuchs. hist.* 796. *Cam. ep.* 925. *Park.* 1051. *R. syn.* 119. f. *Polytrichum officinarum.* *B. pin.* 356. *Trichomanes mas.* *Ger. em.* 1146.  $\beta$  *Trichomanes ramosum.* *B. hist.* III. 755. *R. syn.* 119. *majus et minus.* *B. pin.* 356. *Anglis,* *Trichomanes Spleenwort.*

*Habitat*



Habitat in muris antiquis, saxosis et umbrosis. 4.

V—X.

Pharmac. Trichomanis Herba.

4. ASPLENIUM frondibus pinnatis : pinnis subrotundis crenatis basi truncatis. *Fl. angl.* 385.

Trichomanes costa viridi quandoque bifida foliis lenticularibus crenatis. *D. Lhwyd. R. syn.* 119.

β Trichomanes foliis eleganter incis. *Tourn.* 539. t. 350. f. i. c. *R. syn.* 120.

Trichomanes foliis mucronatis profunde incis. *Sibb. pr. scot. Hist. Ox.* III. f. 14. t. 3. f. 13.

Adiantum maritimum segmentis rotundioribus. *Pluk. ph. t.* 73. f. 6.

Anglis, green Spleenwort.

Habitat in rupibus humidis in montibus Walliæ et in comitatibus Eboracensi et Westmorlandico. 4.

VI—IX.

5. ASPLENIUM fronde pinnata, pinnis obovatis serratis superne gibbis obtusis basi cuneatis. *Sp. pl.* 1540.

Filix marina anglica. *Park.* 1045.

Filicula petræa fœmina. s. Chamœfilix marina anglica. *Ger. em.* 1143.

Chamœfilix marina anglica. *B. hist.* III. 737. *R. syn.* 119. *Hist. Ox.* III. 575. t. 3. f. 25.

Anglis, sea Spleenwort.

Habitat in rupibus maritimis. On the rocks about Prest-holm island, near Beaumaris; and at Llandwyn, in the isle of Anglesea. About the Castle of Hastings in Suffex; *R. syn.* in comitatibus Devonensi, Cornubiensi et Cumberlandico passim. 4. VI—IX.

\*\*\*\* Fronde decomposita.

6. ASPLENIUM frondibus alternatim decompositis : Rurum foliolis cuneiformibus crenulatis. *Sp. pl.* 1541. *Fl. rar. dan.* 190.

Asplenium fronde laxa ramosa, ramis secundis trifoli-

H h 3

liis,

## CRYPTOGAMIA FILICES.

liis, superioribus semitrilobis rhomboideis circumferratis. *Hall. hist.* 1691.

Ruta muraria. *B. pin.* 356. *Ger. em.* 1144. *R. syn.* 122. f. *Salvia vitæ.* *Park.* 1050.

Adiantum album. *Tab. ic.* 796.

β Adiantum album tenuifolium, rutæ murariæ accedens. *B. hist.* III. 753. *R. syn.* 123. *Pluk. ph. t.* 3. f. 3. *Anglis*, white Spleenwort, or Maidenhair.

Habitat in muris antiquis et rimis petrarum humidis. 4. VI—X.

*Pharmac.* Adianti albi *Herba.*

*Adiantum nigrum.*

7. ASPLENIUM frondibus subtriplicato-pinnatis deltoidibus, foliolis alternis, pinnis ovatis inciso-ferratis.

Asplenium frondibus tripinnatis: foliolis alternis: pinnis lanceolatis inciso-ferratis. *Sp. pl.* 386. *Fl. dan.* 250.

Asplenium foliis triangularibus, pinnis pinnatis, pinnulis semipinnatis, lobulis ovatis ferratis. *Hall. hist.* 1692.

Adiantum nigrum officinarum. *B. hist.* III. 743. *R. syn.* 126.

Adiantum foliis longioribus pulverulentis, pediculo nigro. *B. pin.* 355.

Adiantum nigrum vulgare. *Park.* 1406.

Onopteris mas. *Ger. em.* 1137.

β Filix minor longifolia, tarsis raris, pinnulis longis, tenuissimis et oblongis laciniis fimbriatis. *R. syn.* 127.

γ Filix pumila petræa nostras adianti nigri foliorum æmula, saxorum interveniis prorumpens. *Pluk. alm* 91. *R. syn.* 127.

*Anglis*, black Spleenwort, or Maidenhair.

Habitat in umbrosis et muris antiquis. 4. IV—X.

*Pharmac.* Adianti nigri *Herba.*

*lanceolatum.*

8. ASPLENIUM frondibus duplicato-pinnatis lanceolatis: foliolis alternis; pinnis obovatis inciso-crenatis.

Asplenium frondibus duplicato-pinnatis: pinnis obovatis

vatis crenatis : foliolis inferioribus minoribus. *Sp. pl.* 1541.

Filix elegans, adianto nigro accedens segmentis rotundioribus. *R. syn.* 127?

*Anglis*, spear Spleenwort.

Habitat in muris antiquis et rupibus circa St. Ives et alibi in Cornubia copiose. 4. V—IX.

POLYPODIUM. 1179.

*Fruetificationes* in punctis subrotundis sparsis per discum frondis.

\* *Fronde pinnatifida lobis coadunatis.*

1. POLYPODIUM frondibus pinnatifidis : pinnis oblongis subserratis obtusis, radice squamata. *Sp. pl.* 1544. *vulgare.*

Polypodium foliis pinnatis lanceolatis, radice squamata. *Hall. hist.* 1696.

Polypodium vulgare. *B. pin.* 359. *Park.* 1039.

Polypodium. *Matth.* 1292. *Ger. em.* 1132. *R. syn.*

117.

β Polypodium murale pinnulis serratis. *Pet. bot. hort.* II. *R. syn.* 117.

γ Polypodium frondibus pinnatis, pinnis lanceolatis lacero-pinnatifidis serratis. *Sp. pl.* 1546. *cambri-*

Polypodium cambrobritannicum, pinnulis ad margines laciniatis. *R. syn.* 117.

Polypodium cambrobritannicum, lobis foliorum profunde dentatis. *Hist. Ox.* III. 565. *f.* 14. *t.* 2. *f.* 8.

Filix amplissima, lobis foliorum laciniatis cambrica.

*Pluk. ph. t.* 30. *f.* 1.

*Anglis*, common γ jagged Polypody.

Habitat in muris antiquis umbrosis et ad radices arborum.

γ on a rock in a wood, near Dennys Powis Castle, not far from Caerdiff in Clamorganshire. *R. syn.*

4. VI—X.

*Pharmac.* Polypodii. *Radix, Herba.*

\*\* *Fronde pinnata.*

2. POLYPODIUM frondibus pinnatis : pinnis lunulatis, *Lonchitis, tis,*

## CRYPTOGAMIA FILICES.

tis, ciliato-ferratis declinatis, stipitibus strigosis.  
*Sp. pl.* 1548. *Fl. dan.* 497.

*Polypodium foliis pinnatis, pinnis ciliatis dentatis, appendiculatis. Hall. hist.* 1711.

*Lonchitis aspera. B. pin.* 359. major. *Cam. ep.* 664.  
*Ger. em.* 1140. *R. syn.* 118. *Matthioli. Park.* 1042.

*Anglis*, rough Polypody, or Spleenwort.

Habitat in fissuris rupium; in montibus circa Llanberis, copiose. 4. V—IX.

\*\*\* *Fronde subbipinnata.*

fonta-  
num.

3. POLYPODIUM frondibus subbipinnatis lanceolatis, foliolis subrotundis argute incisissimis, stipite lævi.  
*Sp. pl.* 1550.

*Polypodium duriusculum*, pinnis laxè pinnatis, pinnulis bidentatis et tridentatis argutis. *Hall. hist.* 1706.

*Adiantum album. Lob. ic.* 810.

*Filicula fontana. Tabern.* 792. minor. *B. pin.* 358.

*Filix saxatilis non ramosa minima. R. cat. eur. Pluk. ph. t.* 89. f. 2.

*Filix saxatilis omnia minima elegantissima. Hort. reg. paris. Pluk.* 89. f. 3.

*Anglis*, rock Polypody.

Habitat in muris antiquis et rupibus. supra Hammerham Church, D. Bradney; in locis saxosis, prope Wybourn in Westmorlandia. 4. VI—IX.

phogopte-  
ris.

4. POLYPODIUM frondibus subbipinnatis, foliolis infimis reflexis: paribus pinnula quadrangulari coadunatis. *Sp. pl.* 1550. *Fl. dan.* 497.

*Polypodium foliis pinnatis reflexis, pinnis ovatis hirsutis, primis cum nervo confluentibus. Hall. hist.* 1698.

*Filix minor britannica, pediculo pallidiore, alis inferioribus, deorsum spectantibus. Hist. ox. III.* 575. f. 14. t. 4. f. 17. *R. syn.* 122.

*Anglis*, wood Polypody.

Habitat in rimis petrarum humidiusculis et umbrosis in comitatibus

*comitatibus Eboracensi, Westmorlandico, et Devonienfi passim. 4. VI—IX.*

5. POLYPODIUM frondibus subbipinnatis lanceolatis, *Thelypteris* pinnulis integerrimis acutis, fructificationibus marginalibus.

*Polypodium pinnis pinnatis, pinnulis ovatis integerrimis. Hall. hist. 1697.*

*Acrosticum frondibus pinnatis: pinnis pinnatifidis integerrimis. Sp. pl. 1528.*

*Filix minor palustris repens. R. syn. 122.*

*Dryopteris. Lob. ic. 814. Ger. em. 1135. f. Filix querna repens. Park. 1041.*

*Anglis, marsh Polypody.*

*Habitat in palustribus cæspitosis, nemorosis, et ad sepes; in septentrionali Britannicæ et Walliæ frequens. 4. VII—X.*

6. POLYPODIUM frondibus bipinnatis: pinnis ova-*fragrans.* tis sublobatis obtusis subtus nudis margine reflexis, fructificationibus marginalibus. *Mantiss. II. 307.*

*Polypodium frondibus subbipinnatis lanceolatis: foliolis confertis: lobis obtusis ferratis. Sp. pl. 1550.*

*Dryopteris rubrum idæum spirans. Amm. ruth. 251.*

*Anglis, sweet Polypody.*

*Habitat in rimis petrarum humidis; prope Kewick in comitatu Westmorlandico. 4. VII—IX.*

7. POLYPODIUM frondibus subbipinnatis; foliolis *cris-* ovato-oblongis: pinnis obtusiusculis apice acute *tum.* ferratis. *Sp. pl. 1551.*

*Polypodium pinnulis pinnatis, lobis semipinnatis dentatis aristatis. Hall. hist. 1705.*

*Filix mas ramosa, pinnulis dentatis. Ger. em. 1129.*

*R. syn. 124. Pluk. ph. 181. f. 2.*

*Anglis, crested Polypody.*

*Habitat in sylvis et umbrosis humidis. 4. VI—IX.*

*Obs. variat frondibus tripinnatis.*

## 8. POLYPODIUM

- rhæticum*. 8. POLYPODIUM frondibus bipinnatis : foliolis pinnisque remotis lanceolatis : serraturis acuminatis. *Sp. pl.* 1552.  
 Polypodium triplicato-pinnatum, pinnulis tertiis semipinnatis lobulis bifidis. *Hall. hist.* 1710.  
 Filix montana ramosa minor argute denticulata. *R. syn.* 124.  
 Filix alpina myrrhidis facie cambrebritannica. *Pluk. ph. t.* 89. *f.* 4.  
 Filix fontana major s. Adiantum album, filicis folio. *B. pin.* 358 ?  
 Filix rhætica tenuissime denticulata. *B. hist.* III. 740 ?  
*Anglis*, stone Polypody.  
 Habitat in montibus saxosis ; in Westmorlandia passim ; ad summitatem montis Glyder. *R. syn.* 7. VI—IX.  
 Obs. nimis affinis præcedenti, sed multo minor, an distincta sit species ?

*Filix mas.*

9. POLYPODIUM frondibus bipinnatis : pinnis obtusis crenulatis, stipite paleaceo. *Sp. pl.* 1551.  
 Polypodium pinnis pinnatis obtusis dentatis. *Hall. hist.* 1701.  
 Filix mas vulgaris. *Park.* 1036. *R. syn.* 120.  
 Filix mas non ramosa dentata. *B. pin.* 258.  
 Filix mas non ramosa, pinnulis latis densis minutim dentatis. *Ger. em.* 1130.  
*Anglis*, male Polypody, or Fern.  
 Habitat in sylvis, ericetis, et locis saxosis. 4. VI—IX.  
*Pharm. ac.* Filicis maris Radix.

*Filix femina.*

10. POLYPODIUM frondibus bipinnatis : pinnulis lanceolatis pinnatifidis acutis. *Sp. pl.* 1552.  
 Polypodium pinnis pinnatis, pinnulis lanceolatis semipinnatis, lobis acute bifidis. *Hall. hist.* 1740.  
 Filix mas non ramosa, pinnulis angustis raris profunde dentatis. *Ger. em.* 1130. *Hist. ox.* III. 579. *f.* 14. *t.* 3. *f.* 8. *R. syn.* 121. *Pluk. ph.* 180. *f.* 4.  
*Anglis*, female Polypody, or Fern.

11. POLYPODIUM frondibus bipinnatis; pinnis lu- *aculea-*  
*nulatis ciliato-dentatis, stipite strigoso. Sp. pl. tum.*  
 1552.  
 Filix mas aculeata major. *B. pin. 558. pr. 151.*  
 Filix mas non ramosa, pinnulis latis auriculatis spino-  
 fis. *Ger. em. 1130. Pluk. ph. 179. f. 6. R. syn.*  
 121.  
 β Filix aculeata major, pinnulis auriculatis crebrioribus,  
 foliis integris angustioribus. *R. syn. 121.*  
 γ Filix mas aculeata nostras, alis expansis, muscosa la-  
 nugine asperfa. *Pluk. ph. 180. f. 1. R. syn. 121.*  
*Anglis, prickly Polypody.*  
*Habitat in sylvis et umbrosis. 4. VI—IX.*
12. POLYPODIUM frondibus bipinnatis: pinnulis *lobatum.*  
*ovatis ciliato-ferratis suprema basi auriculatis, sti-*  
*pite strigoso.*  
 Polypodium pinnis pinnatis ciliatis ferratis appendi-  
 culatis. *Hall. hist. 1712?*  
 Filix lonchitidis affinis. *Pluk. ph. 180. f. 3. R. syn.*  
 121.  
*Anglis, lobed Polypody.*  
*Habitat in umbrosis et ad sepes. 4. VI—IX.*  
*Obs. affinis præcedenti, an distincta sit species?*
13. POLYPODIUM frondibus bipinnatis: foliolis re- *fragile.*  
*motis: pinnis subrotundis incis. Sp. pl. 1553.*  
 Filix saxatilis caule tenui fragile. *R. syn. 125. Pluk.*  
*ph. 180. f. 5.*  
 Filix pumila saxatilis altera clusii. *Park. 1043.*  
 Filix saxatilis non ramosa, nigris maculis punctata.  
*B. pin. 358.*  
 β Adiantum nigrum pinnulis cicutarix divifura. *D.*  
*Bobart. R. syn. 126.*  
*Anglis, brittle Polypody.*  
*Habitat in aridis lapidosis in boreali parte Britannix*  
*et in Wallia; circa Bristol. 4. VI—IX.*

\*\*\*\* *Fronde supradecomposita.*

- Dryopteris.* 14. POLYPODIUM frondibus supradecompositis : foliolis ternis bipinnatis. *Spl. pl.* 1555.  
 Polypodium pinnis pinnatis conjugatis, pinnulis ovatis obtusis crenatis. *Hall. hist.* 1699.  
 Filix ramosa minor. *B. hist. III.* 741. *R. syn.* 125.  
 Filix saxatilis ramosa nigris maculis punctata. *B. pin.* 358.  
 Filix pumila saxatilis prima Clusii. *Park.* 1043.  
 Dryopteris Tragi. *Ger. em.* 1135.  
*Anglis*, branched Polypody.  
 Habitat in aridis saxosis in comitatibus Eboracensi, Lancastrensi, Westmorlandico, &c. frequens. 4. VI—IX.

#### A D I A N T U M. 1180.

*Fruetificationes* in maculis terminalibus, sub replicato margine frondis.

- Capillus veneris.* 1. ADIANTUM frondibus decompositis : foliolis alternis : pinnis cuneiformibus lobatis pedicellatis. *Sp. pl.* 1559.  
 Adiantum petiolis ramosis, foliis flabelliformibus lobatis. *Hall. hist.* 1713.  
 Adiantum. *Cam. ep.* 924. verum s. Capillus veneris verus. *Park.* 1049.  
 Adiantum foliis coriandri. *B. pin.* 355.  
 Capillus veneris verus. *Ger. em.* 1143. *R. syn.* 123.  
*Anglis*, true Maidenhair.  
 Habitat in rupibus et muris humidiusculis; Found by Mr. Lhwyd at Barry island, and Porth Kirig in Glamorganshire. *R. syn.* 4. V—IX.
- trapeziforme.* 2. ADIANTUM frondibus supradecompositis : foliolis alternis : pinnis rhombeis incisive utrinque fructificationibus. *Sp. pl.* 1559.  
 Adiantum majus coriandri folio, adianto vero affine, pediculo pallide rubente. *Sibb. pr.* 7. *R. syn.* 124.  
 Adianto



Adianto vero affinis minor Scotica, folio obtuso saturate viridi, &c. *Sibb. pr.* 8. *R. syn.* 124.

Adiantum ramosum pediculis lucidis et nigris. *Plum. fil. amer.* 78. t. 95.

*Anglis*, shining Maidenhair.

Habitat in rupibus. D. Collinson communicavit, qui a D. Alston ex Scotia recepit. 4. VI—IX.

TRICHOMANES. 1181.

*Frustrificationes* solitariae, stylo setaceo terminatae, margini ipsi frondis insertae.

1. TRICHOMANES frondibus subbipinnatis: pinnis pyxidiferis alternis confertis lobatis linearibus. *Sp. pl.* 1561. rum.

Filix pyxidifera. *Plum. fil. amer.* 74. t. 50.

Filix humilis repens, foliis pellucidis et splendentibus caule alato. D. Richardson. *R. syn.* 127. t. 3. f. 3. 4.

Dareæ tunbrigensis facie. *Pet. fil.* 104. t. 13. f. 13.

*Anglis*, cup Trichomanes.

Habitat in petris et rupibus aqua humanibus. Found by Dr. Richardson at Belbank, scarce half a mile from Bingley, at the head of a remarkable spring. *R. syn.* 4. VIII.

2. TRICHOMANES frondibus pinnatis: pinnis oblongis dichotomis decurrentibus dentatis. *Sp. pl.* 1561. tunbrigense.

Adiantum petræum perpusillum anglicum, foliis bifidis trifidisque. *R. syn.* 123.

Adiantum radicosum humisparsum. f. Filicula pellucida nostras, coriandri foliis mollicellis, globuliferum. *Pluk. ph.* 3. f. 5. 6.

Darea tunbrigensis minor. *Pet. mus.* 761.

*Anglis*, tunbridge Trichomanes.

Habitat in fissuris rupium et locis saxosis humidis. near Tunbridge Mr. Dare, at Cockbush, near Chichester, Mr. Rand; supra Dartmoore in Devoniam; in montibus Westmorlandicis, Cumberlandicis, Eboracensibus et Cambrobritannicis frequens. 4. V—X.

PILULARIA.

## CRYPTOGAMIA MUSCI.

## PILULARIA. 1183.

Flores *Masculi* ad latus frondis.

Fructificatio *Feminea* ad radicem, globosa, quadrilobularis.

globulifera.

1. PILULARIA. *Sp. pl.* 1563. *Fl. dan.* 223.  
*Pilularia palustris juncifolia.* *Vaill. paris.* 159. t. 15.  
 f. 6. *Dill. musc.* 538. t. 79. f. 1.

Graminifolia palustris repens, vasculis granorum piperis æmulans. *R. syn.* 130.

*Anglis*, Pepper-grass.

Habitat in inundatis præsertim solo arenoso; prope fontes medicatos Strethamenses, D. Wilmer. in ericeto Hounflejano. *R. syn.* 4. V—IX.

## ISOETES. 1184.

Flores *Masculi* *Anthera* intra basin frondis.

Flores *Feminei* *Capsula* intra basin frondis.

- lacustris. 1. ISOETES. *Sp. pl.* 1563. *it. scan.* 417. *ic. Fl. dan.* 191.

*Calamaria folio longiore et graciliore.* *Dill. musc.* 541. t. 80. f. 2.

*Subularia vulgaris erecta*, folio rigidissimo. *R. syn.* 306.

- β *Subularia repens folio minus rigido.* *R. syn.* 306.

*Subularia fragilis*, folio longiore et tenuiore. *R. syn.* 307.

*Anglis*, common Quillwort.

Habitat in fundo lacuum, circa Llanberris copiose; in Loch Tay, in Scotia. D. Arch. Menzies. 4. V—IX.

## M U S C I.

## LYCOPODIUM. 1185.

*Anthera* bivalvis, sessilis. *Colyptra* nulla.

- clavatum. 1. LYCOPODIUM foliis sparsis filamentosis, spicis teretibus pedunculatis geminis. *Sp. pl.* 1564. *Fl. dan.* 126. *Weis Crypt.* 269.

Lycopodium

*Lycopodium* ramis prolixis, spicis petiolatis gemellis, foliis linearibus pilo aristatis. *Hall. hist.* 1722.

*Lycopodium*. *Tab. ic.* 814. *R. syn.* 107. vulgare pilosum anfragosum et repens. *Dill. musc.* 441. t. 58. f. 1.

Muscus terrestris clavatus. *B. pin.* 360.

Muscus clavatus s. *Lycopodium*. *Ger. em.* 1562. *Park.* 1307.

*Anglis*, common Club-moss.

Habitat in montibus et ericetis, in ericeto Hounsejano et prope Esher. 4. VII. VIII.

*Pharmac.* Musci clavati *Herba Lycopodii Semina.*

2. LYCOPODIUM foliis sparsis integerrimis, spicis *inundatum.* terminalibus foliosis. *Sp. pl.* 1565. *Fl. dan.* 336.

*Lycopodium* spicis sessilibus, foliis linearibus confertissimis incurvis. *Hall. hist.* 1721.

*Lycopodium* palustre repens, clava singulari. *Vaill. paris.* 123. t. 16. f. 11. *Dill. musc.* 452. t. 62. f. 7.

Muscus terrestris repens, clavis singularibus foliosis erectis. *R. syn.* 108.

*Anglis*, marsh Club-moss.

Habitat in ericetis humidis passim. in ericeto Hounsejano et prope Esher. 4. VI—IX.

3. LYCOPODIUM foliis sparsis ciliatis lanceolatis, *selaginoides.* spicis solitariis terminalibus foliosis. *Sp. pl.* 1565. *Fl. dan.* 70.

*Lycopodium* spicis sessilibus, foliis ovato-lanceolatis serratis confertis. *Hall. hist.* 1717. t. 45. f. 1.

*Selaginoides* foliis spinosis. *R. syn.* 1066. *Dill. musc.* 460. t. 88. f. 1.

*Anglis*, prickly Club-moss.

Habitat in pascuis et ericetis montosis; in boreali parte Britanniae et in Wallia frequens. 4. VI—IX.

4. LYCOPODIUM foliis sparsis octofariis, caule *Selago.* dichotomo erecto fastigiato, floribus sparsis. *Sp. pl.* 1565. *Weis. cryp.* 273.

*Lycopodium* spica sessili, foliis linearibus lanceolatis confertis. *Hall. hist.* 1716.

Selago

## CRYPTOGAMIA MUSCI.

Selago vulgaris abietis rubræ facie. *Dill. musc.* 435.  
t. 56. f. 1.

Selago foliis et facie abietis. *Fl. jen.* 330. *R. syn.*  
106.

Chamæpeuce. *Turn. hist. par.* I. 129.

Muscus erectus ramosus saturate viridis. *B. pin.* 360.  
*Anglis*, firr Clubb-mofs.

Habitat in ericetis montosis, in comitatibus Eboracensi,  
Lancastriensi, Westmorlandico, Cambrobritannico  
etc. frequens. 4. IV—X.

annoti-  
num.

5. LYCOPODIUM foliis sparsis quinquefariis subser-  
ratis, furculis annotino-articulatis, spicis termi-  
nalibus glabris erectis. *Sp. pl.* 1566.

Lycopodium ramis prolixis, spicis sessilibus foliis line-  
aribus subserratis. *Hall. hist.* 1720.

Lycopodium elatius juniperinum, clavis singularibus,  
sine pediculis. *Dill. musc.* 455. t. 63. f. 9. *R. syn.*  
107.

Muscus clavatus, juniperinis foliis reflexis, clavis sin-  
gularibus sine pediculis. *Hist. Ox.* III. 624. f. 15.  
t. 5. f. 3.

*Anglis*, Welsh Club-mofs.

Habitat in alpibus Arvonixæ sed rarius; copiosam observa-  
vimus in monte Rhiwr Glyder, qua super lacum  
Llyn y cown, prope ecclesiam S. Perisi, nec rarius  
in depressis ejusdem montis Glyder, qua rupem y Tri-  
van spectat. *D. Llhwyd.* *R. syn.* 4. VI—IX.

alpinum.

6. LYCOPÓDIUM foliis quadrifariam imbricatis acu-  
tis, furculis erectis dichotomis, spicis sessilibus te-  
retibus. *Sp. pl.* 1567. *Fl. dan.* 79. *Weis. Cryp.*  
275.

Lycopodium spicis sessilibus, foliis lanceolatis adpres-  
sis, utrinque ternatis. *Hall. hist.* 1719.

Lycopodium sabinæ facie. *Dill. musc.* 435. t. 58.  
f. 2.

Muscus clavatus cupressiformis. *Park.* 1309.

Muscus clavatus foliis cupressi. *Ger. em.* 1562. *B.*  
*pin.* 360.

*Anglis*, mountain Club-mofs.

# CRYPTOGAMIA MUSCI.

465

Habitat in ericetis montosis, in comitatibus Eboracensi, Cumberlandico et in montibus Wallicis. 4. VII—X.

## S P H A G N U M. 1187.

*Anthera* operculata: ore lævi. *Calyptra* nulla.

1. SPHAGNUM ramis deflexis. *Sp. pl.* 1569. *Fl. dan. palustre.* 474. *Weis crypt.* 263.

*Sphagnum* cauliferum ramis teretibus pendulis. *Hall. hist.* 1724.

*Sphagnum* palustre molle deflexum, squamis cymbiformibus. *Dill. musc.* 240. *t.* 32. *f.* 1.

*Sphagnum* cauliferum et ramosum palustre molle candidans, reflexis ramulis, foliolis latioribus. *Dill. giff.* 229. *R. syn.* 104.

2. *Sphagnum* palustre molle deflexum, squamis capilla-ceis. *Dill. musc.* 243. *t.* 32. *f.* 2.

*Sphagnum* cauliferum et ramosum palustre molle candidans, reflexis ramulis, foliolis angustioribus. *Dill. giff.* 229. *R. syn.* 104.

*Anglis*, grey *Sphagnum*, or Bog-mofs.

Habitat in palustribus turfosis. 4. VII. VIII.

2. SPHAGNUM subramosum erectum. *Sp. pl.* 1570. *alpinum.*

*Sphagnum* subulatum viridissimum, capsulis ovatis. *Dill. musc.* 245. *f.* 32. *f.* 3.

*Anglis*, alpine *Sphagnum*.

Habitat in paludibus in montibus Cader Idæris et Snowdon copiose. *Dill.* IX. X.

3. SPHAGNUM ramosum repens, antheris lateralibus *arborum-*secundis. *Fl. angl.* 396. *Sp. pl.* 1570. *um.*

*Sphagnum* heteromallum polycephalum. *Dill. musc.* 248. *t.* 32. *f.* 6.

*Sphagnum* cauliferum et ramosum minus hirsutum capitulis crebris pilosis per ramulorum longitudinem adnascentibus. *R. syn.* 105.

*Anglis*, tree *Sphagnum*.

Habitat in arborum truncis passim. VI—X.

I i

PHASCUM.

## P H A S C U M. 1189.

*Anthera operculata*: ore ciliata. *Calyptra* caduca, minuta.

- subulatum.* 1. PHASCUM acaule, anthera sessili, foliis subulatis feraceis patulis. *Sp. pl.* 1570. *Weis. crypt.* 268. *Fl. dan.* 249.  
Sphagnum acaulon trichoides. *Dill. giss.* 229. *Musc.* 251. t. 32. f. 10. *R. syn.* 105. *Hall. hist.* 1727.  
*Anglis*, subulated Phascum.  
Habitat in ericetis solo arenoso. III—V.
- montanum.* 2. PHASCUM acaule, anthera sessili, foliis imis patulis oblongis, supremis erectis lanceolatis acuminatis.  
Phascum sessile foliis radicalibus obtusis, centralibus ciliatis. *Hall. hist.* 1725. t. 45. f. 3.  
Sphagnum acaulon maximum foliis in centro ciliariis. *Hall. it. alp.* 83. *Dill. musc.* 253. t. 32. f. 13.  
*Anglis*, mountain Phascum.  
Habitat in rupibus alpinis (terrâ substrata); circa Llanberris in Arvoniam, *Dill. in monte Hart-fell dicta prope Moffat.* D. Sheffield. ☉. V—VIII.
- acaulon.* 3. PHASCUM acaule, anthera sessili, foliis ovatis acutis conniventibus. *Sp. pl.* 1570. *Fl. dan.* 249. *Weis. crypt.* 266.  
Sphagnum acaulon, foliis ovato-lanceolatis, pilo aristatis. *Hall. hist.* 1726.  
Sphagnum acaulon bulbiforme, majus. *Dill. musc.* 251. t. 32. f. 11.  
Sphagnum acaulon foliis in bulbi formam congestis, majus. *Dill. giss.* 230. *R. syn.* 105.  
β Sphagnum acaulon bulbiforme, minus. *Dill. musc.* 252. t. 32. f. 12.  
Sphagnum acaulon, foliis in bulbi formam congestis, minus. *Dill. giss.* 230. *R. syn.* 105.  
*Muscus trichoides acaulos, minor, latifolius.* *Vaill. par.* 128. t. 27. f. 2.  
*Anglis*, oval Phascum.

Habitat

# CRYPTOGAMIA MUSCI.

467

Habitat in ericetis et aggeribus fossarum solo arenoso.

○. I—V.

4. PHASCUM caulescens repens. *Sp. pl.* 1571. *repent.*

Sphagnum vermiculare repens capsulis intra foliorum squamosorum alas minimis. *Dill. musc.* 550. t. 85. f. 16.

*Anglis*, creeping Phascum.

Habitat in arborum truncis, in comitatu Eboracensi.

D. Richardson. 4. V.

## FONTINALIS. 1190.

*Anthera* operculata, calyptrata, sessilis, perichætio inclusa.

1. FONTINALIS foliis complicato-carinatis trifariis *antipyreticis*, antheris lateralibus. *Sp. pl.* 1571. *Weis. tica.* *crypt.* 260.

Fontinalis triangularis major complicata e foliorum alis capsulifera. *Dill. musc.* 254. t. 33. f. 1.

Fontinalis major foliis triangularibus complicatis capitulis in foliorum alis sessilibus. *R. syn.* 79.

Hypnum foliis complicatis ovato-lanceolatis, capsulis in alis petiolatis ovatis. *Hall. hist.* 1794.

Muscus squamosus, foliis acutissimis, in aquis nascens.

*Tourn.* 554. *Vaill. par.* 140. t. 33. f. 5.

*Anglis*, greater Fontinalis, or Water-moss.

Habitat in fluviis leniter fluentibus et stagnis. 4.

VI—X.

2. FONTINALIS foliis imbricatis subulato-lanceolatis, antheris lateralibus. *Sp. pl.* 1571. *squamosa.*

Fontinalis squamosa tenuis sericea atro-virens. *Dill. musc.* 250. t. 33. f. 3.

Hypnum foliis ovato-lanceolatis, pilo terminatis, capsulis per alas sessilibus. *Hall. hist.* 1796.

*Anglis*, squamous Fontinalis.

Habitat in rivulis alpinis in Wallia & septentrionali parte Britanniae frequens. 4. VI—X.

Obs. variat foliis subulato-lanceolatis et lanceolatis acutis; nimis affinis præcedenti.

## CRYPTOGAMIA MUSCI.

minor.

3. FONTINALIS foliis ovatis concavis trifariis acutis, passim geminis, antheris terminalibus. *Sp. pl.* 1571.

Fontinalis triangularis minor carinata, e cymis capsuliferis. *Dill. musc.* 257. t. 33. f. 2.

Fontinalis minor foliis triangularibus minus complicatis capitulis in summis ramulis sessilibus. *R. syn.* 79.

Hypnum foliis ovato-lanceolatis carinatis, apicibus capsuliferis. *Hall. hist.* 1795.

*Anglis*, lesser Fontinalis, or Water-mofs.

Habitat ad ripam Thamefis circa Londinum, et in Iside prope Oxonium frequens. 4. VIII—X.

pennata.

4. FONTINALIS foliis bifariis patentibus, capsulis lateralibus. *Sp. pl.* 1571.

Sphagnum pennatum undulatum, vagina squamosa. *Dill. musc.* 250. t. 32. f. 9.

Hypnum caulibus distichis ramosis, foliis ovatis transversim undosis. *Hall. hist.* 1797.

*Anglis*, feathered Fontinalis.

Habitat in arborum truncis, in sylvis inter Troutbeck et Ambleside in Westmorlandia. 4. VIII—X.

## SPLACHNUM. 1191.

*Anthera* insidens apophysi maximæ coloratæ. *Calyptra* caduca.

*Stella* feminea in distincto individuo.

ampullaceum.

1. SPLACHNUM umbraculo ampullaceo obconico. *Sp. pl.* 1572. *Fl. dan.* 192.

Bryum foliis ovato-lanceolatis, capsula pyriformi terminata cylindro. *Hall. hist.* 1830.

Bryum ampullaceum foliis thymi pellucidis, collo strictiore. *Dill. musc.* 343. t. 44. f. 3.

Bryum erectis gigartinis capitulis, foliis serpylli pellucidis acutis. *R. syn.* 93.

Muscus aureus capillaris minor, capitulis geminatis erectis mutuo incubitu adnatis. *Hist. Ox.* III. 629. f. 15. t. 16. f. 10.

*Anglis*, purple Splachnum.

Habitat



# CRYPTOGAMIA MUSCI.

469

Habitat in paludibus turfosis. About Hitchin-ferry, near Southampton; and in the Bogs by West Wickham and Addington, near Croydon. Dr. Sherrard. R. syn. ☉. IV. V.

2. SPLACHNUM umbraculo ampullaceo subglobofo *vasculo-*  
*Sp. pl. 1572.* *sum.*

Phascum acaule anthera pedunculata. *Fl. angl. 397.*

Bryum foliis ovato-lanceolatis, capsula pyriformi brevissime papillata. *Hall. hist. 1831.*

Bryum ampullaceum foliis serpylli pellucidis, collo crassiore. *Dill. musc. 344. t. 44. f. 4.*

Bryum erectis gigartinis capitulis, foliis serpylli pellucidis obtusis. *R. syn. 93. t. 3. f. 2.*

*Anglis, orange Splachnum.*

Habitat in ericetis montosis et humidis; in comitatibus Eboracensi, Westmorlandico *passim*, et in Wallia.

☉. VI—X.

## P O L Y T R I C H U M. 1192.

*Anthera operculata apophysi minimæ infidens. Calyptra villosa.*

*Stella feminea in distincto individuo.*

1. POLYTRICHUM caule simplici anthera parallelepipedata. *Sp. pl. 1573. Fl. dan. 295. Weis crypt. 168.* *commune.*

Polytrichum quadrangulare vulgare, yuccæ foliis serratis. *Dill. musc. 420. t. 54. f. 1.*

Polytrichum vulgare et majus, capsula quadrangulari. *Dill. giss. 221. R. syn. 90.*

Polytrichum aureum majus. *B. pin. 359. Park. 1052.*

Muscus capillaris f. Adiantum aureum majus. *Ger. em. 1559.*

Muscus scoparius. *Lob. Obs. 645. ic. 245.*

Mnium calyptris villosis foliis serratis, capsulis quadrangularibus, disco infidentibus. *Hall. hist. 1835.*

2 Polytrichum quadrangulare, juniperi foliis brevioribus et rigidioribus. *Dill. musc. 424. t. 54. f. 2.*

Polytrichum montanum et minus capsula quadrangulari. *Dill. gifs.* 221. *R. syn.* 90.

Polytrichum aureum medium. *B. pin.* 356.

γ Polytrichum quadrangulare minus, juniperi foliis pilosis. *Dill. musc.* 426. *t.* 54. *f.* 3.

Mnium calyptra villosa, foliis ferratis pilo aristatis, capsula quadrangula insidente disco. *Hall. hist.* 1836.

*Anglis*, common Polytrichum, or greater Golden Maiden-hair.

Habitat in sylvis, ericetis, uliginosis et sterilissimis. 4. V. VI.

*Pharmac.* Adianti aurei Herba.

*nanum.*

2. POLYTRICHUM caule simplici, anthera oblonga.

Polytrichum parvum, aloës folio ferrato capsulis oblongis. *Dill. musc.* 429. *t.* 55. *f.* 7.

Polytrichum capsula cylindrica erecta, furculis simplicibus brevissimis, foliis ferrulatis. *Weis. crypt.* 173.

*polytrichoides.*

Mnium calyptra villosa. *Sp. pl.* 1576. acaulon, foliis ferratis capsulis cylindricis erectis. *Hall. hist.* 1837.

δ Polytrichum nanum, capsulis subrotundis galeritis, aloës folio non ferrato. *Dill. musc.* 428. *t.* 55. *f.* 6.

Polytrichum minus, capsulis subrotundis, calyptra quasi lacera coronatis. *Dill. gifs.* 221. *R. syn.* 91.

Muscus coronatus rigidus minor et humilior capitulis villosis brevibus. *Hist. Ox.* III. 630. *f.* 15. *t.* 7. *f.* 7.

*Anglis*, dwarf Polytrichum.

Habitat in ericetis. VIII—XI.

*alpinum.*

3. POLYTRICHUM caule ramoso, pedunculis subterminalibus.

Polytrichum caule ramosissimo pedunculis terminalibus. *Sp. pl.* 1573. *Fl. dan.* 296.

Polytrichum alpinum ramosum, capsulis e summitate ellipticis. *Dill. musc.* 427. *t.* 55. *f.* 4.

Bryum foliis ferratis, capsulis ovatis, basi turbinatis. *Hall. hist.* 1800. *t.* 46. *f.* 6.

β Polytrichum caule ramosissimo, pedunculis axillaribus. urnigerum. *Sp. pl.* 1573.

Polytrichum ramosum fetis ex alis urnigeris. *Dill. musc.* 427. t. 55. f. 5.

Muscus erectius juniperi folio ramosus. *Vaill. par.* 131. t. 28. f. 13.

Bryum caule ramoso, ex alis florigerum, foliis ferratis, capsulis cylindricis. *Hall. hist.* 1801.

*Anglis*, alpine Polytrichum.

Habitat in ericetis montosis in boreali parte Angliæ, et in montibus Wallicis et Scoticis frequens. *H.* VI—VIII.

Obs. Pedunculi in α et β non ex apice surculorum sed paulo infra oriuntur.

4. POLYTRICHUM caule ramoso, antheris subsessilibus subterminalibus, calyptra fursum pilosa. *striatum.*

Polytrichum bryi ruralis facie, capsulis sessilibus majus. *Dill. musc.* 430. t. 55. f. 8.

Polytrichum capsulis subrotundis, pediculis brevissimis infidentibus, calyptra striata, arboreum ramosum majus. *Dill. giss.* 222. *R. syn.* 91.

Bryum antheris sessilibus sparsis, calyptris striatis fursumve pilosis. *Sp. pl.* 1579. *Fl. dan.* 537. f. 3.

Bryum fetis brevissimis alaribus, calyptris villosis conicis. *Hall. hist.* 1799.

Muscus apocarpos arboreus ramosus. *R. hist.* III. 40. *Vaill. par.* 129. t. 25. f. 5, 6.

β Polytrichum bryi ruralis facie, capsulis sessilibus, minus. *Dill. musc.* 431. t. 55. f. 9.

Polytrichum capsulis subrotundis, pediculis brevissimis infidentibus, calyptra striata, arboreum et terrestre minus ramosum et breve. *Dill. giss.* 222. *R. syn.* 91.

Muscus capillaceus minimus acaulos, calyptra striata. *Tourn.* 552. *Vaill. par.* 130. t. 27. f. 10.

γ Polytrichum capsulis sessilibus, foliis brevibus rectis carinatis. *Dill. musc.* 432.

δ Polytrichum capillaceum crispum, calyptris acutis pilosissimis. *Dill. musc.* 433. t. 55. f. 11.

## CRYPTOGAMIA MUSCI.

Polytrichum capsulis oblongo-rotundis, calyptris pilosissimis. *R. syn.* 91.

Bryum setis brevissimis alaribus, calyptris cylindricis pilosissimis. *Hall. hist.* 1798.

Muscus capillaceus minimus, calyptra villosa. *Vaill. par.* 130. *t.* 27. *f.* 9.

*Anglis*, striated Polytrichum.

Habitat in arboribus et rupibus. II--V.

## M N I U M. 1593.

*Anthera* operculata, *Calyptra* lævis.

*Fem.* capitulum nudum, pulverulentum, remotum.

pellucidum.

1. MNIUM caule simplici foliis ovatis. *Sp. pl.* 1574.  
*Fl. dan.* 300 *Weis. crypt.* 161.

Mnium caule simplicissimo, foliis ovato-lanceolatis, seta fungifera foliosa. *Hall. hist.* 1853. *t.* 45. *f.* 8.

Mnium serpylli foliis tenuibus et pellucidis. *Dill. musc.* 232. *t.* 31. *f.* 2.

Mnium minus non ramosum, angustioribus et pellucidis foliis. *R. syn.* 78.

β Mnium minimum non ramosum angustissimis et pellucidis foliis. *R. syn.* 78.

*Anglis*, pellucid Mnium.

Habitat in rivulis alpinis prope Llanberris. *Dill.* ☉.  
V—X.

\*\* *Filamentis ramosis æqualibus.*

*furcata.* 4. CONFERVA filamentis æqualibus extremitatibus ramosis, ramis simplicibus. *Fl. angl.* 478.

Conferva capillacea, filamentis bifidis et trifidis. *Dill. musc.* 16. *t.* 12. *f.* 6.

Conferva rivulorum bicornis, filamentis tenuissimis.  
*R. syn.* 58.

Conferva palustris, filamentis brevioribus et crassioribus. *Dill. musc.* 17. *t.* 3. *f.* 10.

Conferva palustris subhirsuta filamentis brevioribus et crassioribus. *R. syn.* 477.

*Anglis*, forked Conferva.

Habitat in rivulis leniter fluentibus.  $\beta$  in fossis.  $\odot$ .  
X—V.

5. CONFERVA filamentis æqualibus dichotomis. *Sp. dichotoma*:  
*pl.* 1635. *Fl. dan.* 358.

Conferva dichotoma, setis porcinis similis. *Dill. musc.*  
17. t. 3. f. 9. *Hall. hist.* 2117.

Conferva Plinii setis porcinis similis. *Merr. pin.*  
*R. syn.* 58.

*Anglis*, dichotomous Conferva.

Habitat in fossis, inter Greenwich et Woolwich copiose,  
prope Gravesend.  $\odot$ . III—X.

6. CONFERVA filamentis æqualibus ramosis implica-bullosa.  
tis, bullas aëreas includentibus. *Sp. pl.* 1634.

Conferva pilis tenerrimis, vellere gossypiaceo. *Hall.*  
*hist.* 2120.

Conferva palustris bombycinda. *R. syn.* 60. *Dill. musc.*  
18. t. 3. f. 11.

Alga bombycinda. *B. pr.* 155. *pin.* 363. *Park.* 1261.

Muscus aquaticus bombycindus, tenuissimis filamen-  
tis. *Loef. pruss.* 173. f. 55.

*Anglis*, cotton Conferva.

Habitat in fossis et stagnis passim.  $\odot$ . III—VI.

7. CONFERVA filamentis æqualibus versus basin ra-  
mosioribus. *Sp. pl.* 1634. ramis longis. *canalicu-*  
*laris.*

Conferva filamentis tenuibus ramosis intricatis fuscis.  
*Hall. hist.* 2118.

Conferva rivulorum capillacea densissime congestis ra-  
mulis. *R. syn.* 58. *Dill. hist.* 21. t. 4. f. 15.

Alga in tubulis aquam fontanam deducentibus. *B.*  
*pin.* 364.

*Anglis*, mill Conferva.

Habitat in rivulis purioribus, inque tubulis et asseribus ad  
molas deducentibus.  $\mathcal{U}$ . I—XII.

- amphibia.* 8. CONFERVA filamentis æqualibus ramosis, exsiccatione coeuntibus in aculeos. *Sp. pl.* 479.  
 Conferva amphibia, fibrillosa et spongiosa. *Dill. musc.* 22. t. 4. f. 17.  
 Conferva terrestris exilis fibrillosa. *R. syn.* 59.  
*Anglis*, amphibious Conferva.  
 Habitat ad ripas fluviorum, fossarum et paludium frequens. *Æ.* I—XII.
- rigida.* 9. CONFERVA filamentis æqualibus ramosissimis rigidiusculis, ramulis alternis brevissimis. *Fl. angl.* 479.  
 Conferva filis crassiusculis rigidioribus, subarticulatis. *Hall. hist.* 2122.  
 Conferva fluviatilis fibrillosa subrigida. *Dill. musc.* 21. t. 4. f. 16.  
*Anglis*, rigid Conferva.  
 Habitat in fluviis; in ericeto Hounstlejano, in fluvio Lug. prope Mortimer's Cross in comitatu Herefordiensi. *Dill.* *Æ.* I—X.
- foeniculacea.* 10. CONFERVA filamentis æqualibus ramosissimis, ramis ramulisque longissimis sparsis. *Fl. angl.* 479.  
 Conferva marina foeniculacea. *Dill. musc.* 16. t. 2. f. 8.  
*Anglis*, fennel Conferva.  
 Habitat in rupibus et saxis submarinis in Mona insula. *Dill. in Cornubia.* ☉. VI—X.
- littoralis.* 11. CONFERVA filamentis æqualibus ramosissimis elongatis scabriusculis. *Sp. pl.* 1635.  
 Conferva maritima filiformis longissima fusca, ramis alternis simplicibus brevioribus pallidis. *Fl. suec.* 1170.  
 Conferva marina capillacea longa ramosissima. *R. syn.* 59. *Dill. musc.* 23. t. 6. f. 19.  
*Anglis*, soft Conferva.  
 Habitat in rupibus et saxis submarinis passim. ☉. V—X.
- tomentosa.* 12. CONFERVA filamentis æqualibus tenuissimis ramosissimis, ramis simplicibus longis confertis fuscis. *Fl. angl.* 480.

*Conferva marina tomentosa, minus tenera et ferruginea. R. syn. 59. Dill. musc. 19. t. 3. f. 13.*

*Anglis, flock Conferva.*

*Habitat in rupibus, saxis, et fucis marinis. ☉. V—X.*

13. CONFERVA filamentis æqualibus tenuissimis ramosis, ramis simplicibus fasciculatis albidis.

*Conferva marina tomentosa, tenerior et albicans.*

*R. syn. 59. Dill. musc. 19. t. 3. f. 12.*

*Muscus maritimus goffipio similis. B. pin. 663. Hist.*

*Ox. III. 649.*

*Anglis, whitish Conferva.*

*Habitat in fossis, paludibus et stagnis. ☉. X—V.*

*Desc. Fila fere uncialia æqualia, valde tenuissima, albidia, ramosissima, ramis alternis; ramulis fasciculatis simplicibus, subfastigiatis.*

14. CONFERVA filamentis ramosis mollibus digito brevioribus viridibus. *Sp. pl. 1634.*

*Conferva marina capillacea brevis, viridissima mollis. Dill. musc. 23. t. 4. f. 2.*

*Anglis, sea-green Conferva.*

*Habitat in fucis passim. ☉. VI—X.*

15. CONFERVA filamentis æqualibus ramosis longissimis, ramis alternis multifidis brevissimis. *Fl. angl. 481.*

*Anglis, black Conferva.*

*Habitat in littore Eboracensi passim. ☉. V—X.*

*Desc. Fila quinque pollicaria, æqualia, rigidiuscula, nigra, ramosa, ramis alternis brevissimis multifidis, fasciculatis.*

16. CONFERVA filamentis proliferis fastigiatis hirsco-  
pariatis. *Sp. pl. 1635.*

*Conferva marina pennata. Dill. musc. 24. t. 4. f. 23.*

*Fucus scoparia s. Pennacchio marino. B. pin. 366. hist. III. 800.*

*Anglis, brown Conferva.*

*Habitat in littoribus marinis passim. ☉. V—X.*

- cancellata*. 17. CONFERVA filis ramosis, filamentis alternis brevibus multipartitis digitatis. *Sp. pl.* 1635.  
 Conferva marina cancellata. *R. syn.* 59. *Dill. musc.* 24. t. 4. f. 22.  
*Anglis*, latticed Conferva.  
 Habitat in saxis et rupibus submarinis passim. 24. I—XII.
- multifida*. 18. CONFERVA filamentis æqualibus ramosissimis, ramulis oppositis brevissimis multifidis.  
*Anglis*, tufted Conferva.  
 Habitat in saxis et rupibus submarinis in comitatibus Hantoniensi et Dorsethensi. ☉. V—X.  
 Desc. Fila quadripollicaria, æqualia subgelatinosa, rubra, ramosissima; Rami oppositi, longissimi; Ramuli oppositi, brevissimi, multifidi, tenuissimi, remoti, ut verticillati apparent.
- spongiosa*. 19. CONFERVA filamentis æqualibus subdichotomis, ramulis brevissimis simplicibus undique imbricatis.  
 Fucus hirsutus, fronde filiformi tereti dichotoma obteeta undique hirsutie. *Mant.* 134.  
 Fucus teretifolius spongiosus pilosissimus. *R. syn.* 46.  
 Muscus marinus hirsutius, flagellis longis ramosis subviridibus. *Hist. Ox. III.* 650. f. 15. t. 9. f. 6.  
*Anglis*, sponge Conferva.  
 Habitat in rupibus et saxis submarinis. 24. I—XII.

\*\* Filamentis anastomosantibus.

- reticulata*. 20. CONFERVA filamentis reticulato - coadunatis.  
*Sp. pl.* 1635.  
 Conferva reticulata. *R. syn.* 59. *Dill. musc.* 20. t. 4. f. 14. *Hall. hist.* 2119.  
 Conferva reticulata crispa. *Pluk. ph. t.* 24. f. 2. *Hist. Ox. III.* 644. f. 15. t. 4. f. 4.  
*Anglis*, net Conferva.  
 Habitat in fossis et stagnis, circa Hounslow. ☉. V—X.

\*\*\* Filamentis



\*\*\* *Filamentis nodosis.*

21. CONFERVA filis simplicissimis setiformibus rec-fluviati-  
tis, geniculis crassioribus angulatis. *Sp. pl.* 1635. *lis.*  
Conferva fluviatilis lubrica setosa, equiseti facie. *Dill.*  
*musc.* 39. t. 7. f. 47.  
Corallina fluviatilis non ramosa. *Vaill. paris.* 40.  
t. 4. f. 5.  
β Conferva fluviatilis nodosa, fucum æmulans. *Dill.*  
*musc.* 39. t. 7. f. 38.  
*Anglis*, horse-tail Conferva.  
Habitat in fluviis, prope Bangoriam in rivo, dicto Afon  
Cegin, inter molendinum vocatum Pandu maes y Geir-  
chan et Malun Escob. *Sam. Brewer. prope Ludlow*  
*D. Littl. Brown. in comitatibus Eboracensi, Cum-*  
*berlandico et Westinorlandico.* 4. I—XII.
22. CONFERVA filamentis moniliformibus setaceis atra.  
ramosissimis atris, articulis globosis subgelatinosis.  
Conferva fontana nodosa lubrica, filamentis tenuissi-  
mis nigris. *Dill. musc.* 39. t. 7. f. 46.  
*Anglis*, bead Conferva.  
Habitat in fontibus et rivulis; in fonte quodam parvo  
in lacum dictum Gors Velen prope Llanfaithly, se  
exonerante, et in scaturigine quadam campi Gors  
Bach, dicta Ffynnon bach y Lufg, media via inter  
ædes parochiales et Trefadog, in Mona insula. *D.*  
*Brewer. prope Martin in comitatu Surriensi.* 4.  
V—XII.
23. CONFERVA filamentis moniliformibus filiformi-gelatinose-  
bus ramosis, articulis globosis gelatinosis. *sa.*  
Conferva filis ramosis moniliformibus, articulis glo-  
bosis gelatinosis. *Sp. pl.* 1635.  
Conferva gelatinosa, globulis punctatis concatenatis.  
*Hall. hist.* 2124.  
Conferva fontana nodosa, spermatis ranarum instar  
lubrica, major et fusca. *R. syn.* 62. *Dill. musc.*  
36. t. 7. f. 42.

## CRYPTOGAMIA ALGÆ.

- Chara batrachosperma*, caule ramoso filamentoso; ramis foliaceis capillaceis, in glomeres lubricos geniculatos articulatum circa caulem dispositis. *Weis. crypt. 33. t. 1.*
- β *Conferva fontana nodosa*, spermatis ranarum instar lubrica, minor et viridis. *Dill. musc. 37. t. 7. f. 43.*  
*Corallina pinguis ramosa viridis. Vaill. paris. 40. t. 7. f. 6.*
- γ *Conferva stagnalis*, globulis virescentibus mucosis. *Dill. musc. 38. t. 7. f. 44.*
- δ *Conferva alpina lubrica*, filamentis nodosis cæruleis. *Dill. musc. 38. t. 7. f. 45.*  
*Anglis, gelly Conferva.*  
 Habitat in fontibus et rivulis purissimis passim; inter Greenwich et Woolwich; β in rivulo quodam saltus Enfieldensis in Middlesexia. γ; δ. prope Mancunium in Lancastria. D. Harrison. ☉. I—XII.

## \*\*\* Filamentis geniculatis.

- capillaris.* 24. CONFERVA filis geniculatis simplicibus, articulis alternatim compressis. *Sp. pl. 1636.*  
*Conferva filamentis longis geniculatis simplicibus. Dill. musc. 25. t. 5. f. 25.*  
*Conferva palustris, sive Filum marinum anglicum. R. syn. 60.*  
*Conferva geniculata minima nostras. Pluk. ph. t. 84. f. 9. Hist. Ox. III. 644. f. 15. t. 4. f. 4.*  
*Anglis, thread Conferva.*  
 Habitat in fossis et stagnis marinis et rivulis. ☉. III—X.
- corallinoides.* 25. CONFERVA filamentis geniculatis dichotomis, articulis apice incrassatis.  
*Conferva filamentis geniculatis dichotomis. Sp. pl. 1636.*  
*Conferva marina gelatinosa. corallinæ instar geniculata crassior. Dill. musc. 33. t. 5. f. 3.*  
*Corallina confervoides geniculata alba, geniculis crassiusculis pellucidis. R. syn. 34.*  
*Anglis, coralline Conferva.*

Habitat

- Habitat in saxis et rupibus submarinis passim. ☉. V—X.
26. CONFERVA filamentis geniculatis dichotomis, *setacea*.  
ramis longissimis setaceis, articulis cylindricis.  
Conferva marina gelatinosa, corallinæ instar genicu-  
lata tenuior. *Dill. musc. 33. t. 6. f. 37.*  
Corallinā confervoides gelatinosa rubens, ramulis et  
geniculis perangustis. *R. syn. 34.*  
*Anglis, setaceous Conferva.*  
Habitat in saxis et rupibus submarinis passim. ☉.  
V—X.  
Obs. ramis longis setaceis.
27. CONFERVA filamentis geniculatis ramosis, ramis *elongata*.  
dichotomis longis setaceis, articulis brevissimis.  
*Anglis, pointed Conferva.*  
Habitat in saxis et rupibus submarinis, in Devoniam,  
Cornubiam, Suffexiam, et in insula Mona, passim. ☉.  
IV—X.  
Desc. Fila *didrantalia et pedalia, crassitie fili emporetici*  
*tenuioris, articulata, lævia, fusco-purpurea, basi ra-*  
*mosa; Rami dichotomi, longissimi, setacei; articulis*  
*brevissimis.*
28. CONFERVA filamentis geniculatis dichotomis, *ciliata*.  
apicibus conniventibus, articulis apice ciliatis.  
Conferva ciliata. *Ellis. philos. transact. LVII. 425.*  
*t. 18. f. b. H.*  
*Anglis, ciliated Conferva.*  
Habitat in fucis tenuioribus passim. ☉. V—IX.
29. CONFERVA filamentis geniculatis subdichotomis *polymor-*  
*fastigiatis, ramis fasciculatis. pha.*  
Conferva filamentis geniculatis, ramis fasciculatis.  
*Sp. pl. 163. Fl. dan. 395. Ellis. philos. transact.*  
*LVII. 424. t. 18. f. a, A, b, B.*  
Conferva marina geniculata nigra palmata. *Dill.*  
*musc. 32. t. 6. f. 35.*  
Conferva marina geniculata ramosissima lubrica, bre-  
vibus et palmatim congestis ramulis. *R. syn. 61.*

Muscus capillaceus multifidus niger. *B. pin.* 363.

*Anglis*, palmated Conferva.

Habitat in fucis, præcipue in fuco nodoso. 4. I—XII.

*tubulosa.* 30. CONFERVA filamentis geniculatis ramosissimis, articulis ovalibus alternatim compressis.

Confervâ marina fistulosa. *Dill. musc.* 34. t. 6. f. 39.

Conferva marina geniculata albicans, diaphragmatis distinctis. *R. syn.* 60.

Conferva marina nodosa ex albo rubescens mollis, sed minus lubrica. *R. syn.* 61.

Ulva filiformis articulata, articulis alternatim compressis. *Sp. pl.* 1632.

*Anglis*, hollow Conferva.

Habitat in saxis, rupibus et fucis marinis passim. ☉. IV—X.

*rubra.* 31. CONFERVA filamentis geniculatis ramosissimis, ramis setaceis, articulis cylindricis brevibus.

Conferva flosculosa. *Ellis. philos. transact.* LVII. 425. t. 18. f. e, E.

Conferva geniculata ramosissima lubrica longis sparsive ramulis. *R. syn.* 61. *Dill. musc.* 35. t. 6. f. 38.

*Anglis*, red Conferva.

Habitat in rupibus, saxis et fucis marinis. ☉. V—X.

Obs. fructificationes subsessiles solitariæ subrotundæ, filamentis subulato subjectæ.

*purpura-scens.* 32. CONFERVA filamentis geniculatis ramosissimis, ramis confertis, articulis cylindricis longis.

Conferva marina nodosa, Coralloidis montani instar ramosa. *Dill. musc.* 36. t. 7. f. 41.

*Anglis*, purple Conferva.

Habitat in saxis et fucis submarinis passim. ☉. V—X.

*nodulosa.* 33. CONFERVA filamentis geniculatis ramosissimis, articulis oblongis, ramulorum subrotundis moniliformibus.

Conferva marina nodosa lubrica ramosissima et elegantissima

tissima rubens. *R. syn.* 62. *t.* 2. *f.* 3. *Dill. musc.*  
35. *t.* 7. *f.* 40.

*Anglis*, knotted Conferva.

Habitat in saxibus, rupibus et fucis. ☉. V—X.

Obs. Fructificationes laterales, sessiles, subrotundæ, glomeratæ.

34. CONFERVA filamentis geniculatis ramosissimis, pellucida, ramis oppositis, articulis cylindricis longissimis.

*Anglis*, pellucid Conferva.

Habitat in rupibus et saxibus submarinis, in Devoniam, Cornubiam, Hantonia, et Suffexiam. ☉. V—X.

Desc. Fila fere semipedalia, geniculata, nitida, pellucida, viridi-purpurea, ramosissima, ramis oppositis, fere trichotomis; articulis cylindricis, æqualibus, longissimis.

35. CONFERVA filamentis geniculatis flexuosis ramosissimis, ramulis brevissimis horizontalibus. *vagabunda.*

Conferva filamentis flexuosis, ramis ramulisque brevioribus. *Sp. pl.* 1637.

Conferva marina trichoides, lanæ instar expansa.

*R. syn.* 60. *Dill. musc.* 30. *t.* 5. *f.* 32.

*Anglis*, floating Conferva.

Habitat in paludibus et fossis maritimis. ☉. IV—X.

36. CONFERVA filamentis geniculatis ramosissimis rupestris, viridibus, ramis ramulisque brevioribus confertis.

Conferva filamentis geniculatis ramosissimis viridibus.

*Sp. pl.* 1637.

Conferva marina trichoides ramosior. *Dill. musc.* 28. *t.* 5. *f.* 29.

Conferva marina trichoides s. muscus marinus virens tenuifolius. *Pluk. mant.* 53. *t.* 182. *f.* 6. *R. syn.* 60.

β Conferva fluviatilis trichoides, extremitatibus ramosis.

*Dill. giss.* 199. *musc.* 27. *t.* 5. *f.* 28.

*Anglis*, rock Conferva or Sea-beard.

Habitat in rupibus et saxibus submarinis et in fluviis passim.

4. I—XII.

37. CONFERVA filamentis geniculatis ramosissimis sericea, elongatis viridibus, ramulis confertis tenuissimis.

Conferva

*Conferva trichoides virgata sericea.* *Dill. musc.* 31.  
t. 5. f. 33.

*Conferva marina trichoides, ramulis virgatis longiori-*  
*bus glabris.* *R. syn.* 60.

*Anglis, silky Conferva.*

*Habitat in rupibus et saxis submarinis; in insula Shepey*  
*copiose; in Rivo novo prope Londinum, et ericeta*  
*Hounsflejo. u. I—XII.*

*glomera-* 38. CONFERVA filamentis geniculatis ramosissimis,  
*ta.* ramulis brevissimis multifidis.

*Conferva filamentis geniculatis, ramulis brevioribus*  
*multifidis.* *Sp. pl.* 1637.

*Conferva fontinalis ramosissima glomeratim congesta.*

*R. syn.* 59. *Dill. musc.* 28. t. 5. f. 31.

*Alga fontalis trichoides.* *B. pin.* 364.

*Alga f. Conferva fontalis trichoides.* *Park.* 1260.

*Anglis, cluster Conferva.*

*Habitat in rivulis et fontibus, passim.* ☉. IV—X.

*fulva.* 39. CONFERVA filamentis geniculatis ramosis, ramis  
ramulisque brevissimis fulvis.

*Anglis, tawny Conferva.*

*Habitat in saxis et fucis marinis, in littore Eboracensi.*

☉. V—IX.

*nigrescens.* 40. CONFERVA filamentis geniculatis ramosissimis,  
ramis longissimis, ramulis subfasciculatis brevissimis  
subulatis.

*Anglis, blackish Conferva.*

*Habitat in rupibus et saxis submarinis, prope St. Ives*  
*in Cornubia et Exmouth in Devoniam. u. I—XII,*

*Desc. Fila semipedalia, cæspitosa, geniculata, tenue atro-*  
*rubescens, (in sicca nigra) lævia, ramosissima; Rami*  
*alterni, longi, ramuli brevissimi, subfasciculati, subu-*  
*lati.*

*fusca.* 41. CONFERVA filamentis geniculatis ramosissimis,  
ramulis alternis simplicibus.

*Anglis, brown Conferva.*

Habitat

Habitat in saxis et rupibus submarinis. ☉. VI—X.

Desc. Fila tri et quadripolicaria, geniculata, atro-fusca aut rubescentia, lævia, ramosissima, Rami alterni, longi, ramuli, alterni simplices, brevi, distantes; Fructificationes ramuli terminatæ et laterales sessiles, parvæ, subrotundæ, glomeratæ.

42. CONFERVA filamentis geniculatis ramosissimis *fucoides*, ramulis multifidis, inferioribus fasciculatis fructiferis.

Anglis, fucus Conferva.

Habitat in rupibus, saxis et fucis marinis passim. ♀. I—XII.

Desc. Fila pedalia, geniculata, lævia atro-rubescencia, ramosissima, Rami alterni; ramuli multifidi, subdichotomi, inferiores fasciculati, fructiferi. Fructificationes terminales, radiatæ, parvæ.

43. CONFERVA filamentis geniculatis ramosis, geniculis villosis, ramis subsimplicibus distantibus.

Anglis, hairy Conferva.

Habitat in saxis et rupibus submarinis, in Cornubia, sed rarius. ☉. V—IX.

Desc. Fila semipedalia, geniculata, viridia, diaphana, ramosa; Rami longi, setacei, subsimplices; Geniculis villosis s. ramulis brevissimis, tenuissimis, verticillatis.

44. CONFERVA filamentis geniculatis ramosissimis, *imbricata*, ramis acutis, ramulis verticillatis imbricatis dichotomis.

Muscus marinus hirsutus, flagellis longioribus, rarius divisus, ruber. *Hist. Ox. III. 650. f. 15. t. 9. f. 7.*

Anglis, imbricated Conferva.

Habitat in rupibus saxis et fucis marinis. ♀. I—XII.

45. CONFERVA filamentis geniculatis ramosis, ramis *coccinea*, alternis duplicato-pinnatis, laciniis multifidis.

Conferva plumosa. *Ellis. philos. transact. LVII. 425. t. 18. f. c, c; d, D.*

Muscus marinus folio multifido. *Johns. merc. bot. II. 27.*

Muscus

## CRYPTOGAMIA ALGÆ.

Muscus pelagicus pinnatus rubens, ramulis numerosis mollibus latius se spargentibus. *Pluk. ph. t.* 48.

*f.* 2.

Muscus marinus purpureus parvus, foliis oblongis millifolii fere divisura. *R. hist.* 79.

*Anglis*, scarlet Conferva.

Habitat in saxis, rupibus et fucis marinis. 4. I—XII.

*pennata.* 46. CONFERVA filamentis geniculatis ramosis, ramis confertis triplicato-pinnatis, laciniis subulatis. Conferva marina pennata. *Pet. hort. sicc. R. syn.* 59. *Anglis*, pinnated Conferva.

Habitat in saxis et rupibus submarinis, inter Dover et Margate, in insula Walney in comitatu Lancastrensi.

4. I—XII.

*parasitica.* 47. CONFERVA filamentis geniculatis ramosis, ramis duplicato-pinnatis.

*Anglis*, feathered Conferva.

Habitat in fucis, in littoribus Eboracensi, Cornubiensi, et Dorsetiensi passim.

Desc. Fila pollicaria, geniculata, fusca, ramosa, Rami fere pollicares duplicato-pinnati; pinnulis acutis.

*ægagropi-  
ca.* 48. CONFERVA filamentis geniculatis ramosissimis e centro confertissimis globum constituentibus. *Sp. pl.* 1637.

Conferva globosa. *Philos. transact.* XLI. 498.

*Anglis*, globe Conferva, or Moor-balls.

Habitat in lacubus montosis; in Wallingfen-moor, Yorkshire. *Mr. Tho. Knowlton.* 4. I—XII.

## BYSSUS. 1208.

*Lanugo* aut *Pulvis* simplicissimus.

\* *Filamentosæ.*

*Flos  
aquæ.* 1. BYSSUS filamentis plumosis natantibus. *Sp. pl.* 1637.

Byssus



- Byffus latiffima papiri inftar fuper aquam fparfa. *R.*  
*syn.* 57. *Dill. musc.* 21.  
 Conferva cruftacea tenerrima viridis. *Hall. hift.* 2113.  
*Anglis*, paper Byffus.  
 Habitat in aquis ftagnantibus. ☉. V—VIII.
2. BYSSUS lanuginofa violacea lignis adnafcens. *R. phospho-  
 rea.*  
*syn.* 56. *Dill. musc.* 54. t. 1. f. 6. *Sp. pl.* 1638.  
 Byffus cærulea cefpitofa crispa. *Hall. hift.* 2102.  
 Byffus purpurea delicatiffima, arborum corticibus ad-  
 nafcens, breviffimis et tenuiffimis filamentis. *Mich.*  
*gen.* 211. t. 9. f. 3.  
 Fungus violaceus herpatis modo lignis irrepens. *R.*  
*hift.* III. 23.  
*Anglis*, violet Byffus.  
 Habitat in corticibus arborum et lignis putrefcentibus. ☉.  
 X—V.
3. BYSSUS filamentis fimplicibus tenuiffimis ærugi-ærugino-  
 nofis. *fa.*  
 Byffus lanuginofa æruginofa. *Dill. musc.* 4. t. 1. f. 7.  
*Weis. crypt.* 18.  
 Lichen crufta viridiffima. *Hall. hift.* 2097.  
*Anglis*, verdigris Byffus.  
 Habitat in ftipitibus, filicis, et lignis putrefcentibus. ☉.  
 VIII—IV.
4. BYSSUS capillacea viridis, filamentis ramosis. *Syst. velutina.*  
*nat.* 721. *Sp. pl.* 1638. *Weis. crypt.* 12.  
 Byffus viridis, filamentis ramosis. *Hall. hift.* 2101.  
 Byffus tenerrima viridis velutum referens. *R. syn.* 36.  
*Dill. musc.* 7. t. 1. f. 14.  
 Byffus terrefttris viridis herbacea et molliffima, fila-  
 mentis ramosis et non ramosis. *Mich. gen.* 211. t. 89.  
 f. 5.  
*Anglis*, velvet Byffus.  
 Habitat in terris umbrofis et corticibus arborum humidi-  
 ufculis. ☉. X—VI.
5. BYSSUS filamentis fimplicibus ramosisque rubris. *rubra.*  
*Anglis*, red Byffus.

Habitat in saxis et rupibus, præcipue marinis. 4.  
I.—XII.

*nigra.*

6. BYSSUS filamentis pulverulentis ramosis atris.  
Byffus nigra velutina. *Hall. hist.* 2104.  
Byffus petræa nigerrima fibrosa. *R. syn.* 57. *Dill. musc.*  
9. t. 1. f. 18.  
Byffus minima saxatilis nigra ramosissima, viticulis  
nudis. *Mich. gen.* 212. t. 90. f. 5.  
*Anglis*, black Byffus.  
Habitat in rupibus et saxis grandioribus, in boreali parte  
Angliæ et in Wallia. 4. I.—XII.

*aurea.*

7. BYSSUS filamentis pulverulentis simplicibus ramo-  
sisque.  
Byffus capillacea pulverulenta, fructificationibus spar-  
sis filamentis simplicibus ramosisque. *Gledit. fung.*  
18. *Sp. pl.* 1638. *Weis. crypt.* 13.  
Byffus cespitosa pulvinata crocea. *Hall. hist.* 2106.  
Byffus petræa crocea glomerulis lanuginosis. *Dill.*  
*musc.* 8. t. 1. f. 16.  
Byffus aureus derbientis humifusus. *Pet. gaz.* I. t. 13.  
f. 3. *R. syn.* 56.  
Byffus minima saxatilis aurea inodora, filamentis  
partim simplicibus, partim ramosis. *Mich. gen.*  
210. t. 89. f. 2.  
*Anglis*, golden Byffus.  
Habitat in rupibus cameratis passim. 4. I.—XII.

*fulva.*

8. BYSSUS filamentis ramosis fulvis.  
Byffus arborea crocea fibrosa. *R. syn.* 57. *Dill.*  
*musc.* *Dill. musc.* 9. t. 1. f. 17.  
*Anglis*, tawny Byffus.  
Habitat in lignis putrescentibus humidiusculis. 4.  
I.—XII.

*barbata.*

9. BYSSUS filamentis erectiusculis summitatibus ramo-  
sis subfastigiatis fulvis.  
Byffus arborea barbata fulvi coloris. *R. syn.* 57.  
*Dill. musc.* 9. t. 1. f. 19.

Pseudo-spongia fungoides fulva lignis adnascens. R.  
*hist. III. 23.*

*Anglis*, bearded Byffus.

Habitat in lignis et truncis arborum putrescentibus. 2.  
I—XII.

10. BYSSUS filamentis ramosissimis, ramulis fascicu-  
latis albidis. *candida.*

Byffus tenerrima villosa et elegantissime ramulosa. R.

*syn. 476. t. 23. Dill. musc. 7. t. 1. f. 15.*

*Anglis*, white Byffus.

Habitat in foliis et lignis putrescentibus. ☉. IX—IV.

11. BYSSUS filamentis longissimis tenuissimis ramosis *septica.*  
implexis.

Byffus capillacea mollissima parallela fragillissima pal-  
lida. *Syst. nat. III. 235.*

Byffus longissima tenerrima nivea. *Hall. Hist. 2108.*

Byffus major speluncis et cellis vinariis innascens,  
filtrum vel pannum laneum simulans, primum al-  
ba, dein nigra, filamentis tenuissimis non ramosis.

*Mich. gen. 211. t. 89. f. 9.*

Byffus evanida floccosa nivea. *Dill. musc. 5. t. 1.*  
*f. 9.*

Fungus niveus aqueus, lignis cellarum vinariarum  
adhærens. R. *syn. 26. hist. III. 23.*

Fungus fimosus niveus, ramosissimus mollis. R. *syn.*  
13.

β Byffus tenerrima murina doliaris. *Dill. musc. 6. t. 1.*  
*f. 12.*

Fungus spongiosus niger reticulatus, doliolis vinosis  
adnascens. R. *syn. 57.*

*Anglis*, flaky, β mouse-skin Byffus.

Habitat in cellis et cryptis subterraneis humidiusculis.

β supra dolia vinosa. 2. V—XII.

12. BYSSUS capillacea perennis cinerea tenax rupi *crypta-*  
innata. *Sp. pl. 1638.* *rum.*

Byffus albida brevis setacea. *Dill. musc. 10. t. 1.*  
*f. 20.*

*Anglis*, cave Byffus.

Habitat

Habitat in rupibus calcareis cameratis passim. 4.  
I—XII.

\*\* *Pulverulentæ.*

- antiquitas.* 13. BYSSUS pulverulenta atra. *Sp. pl.* 1638. *It. goth.* 298.  
*Anglis*, foot Byffus.  
Habitat in muris antiquis, rupibus et saxis grandioribus, passim. 4. I—XII.
- saxatilis.* 14. BYSSUS pulverulenta cinerea rupes operiens. *Sp. pl.* 1638. *Fl. suec.* 1179.  
*Anglis*, rock Byffus.  
Habitat in rupibus et saxis calcareis in comitatibus Westmorlandico, Cumberlandico, Eboracensi et Derbiensi. 4. I—XII.
- Jolithus.* 15. BYSSUS pulverulenta sanguinea saxis innascens. *Sp. pl.* 1638.  
Byffus germanica minima saxatilis aurea violæ odorem spirans. *Mich. gen.* 210. *t.* 89. *f.* 3.  
Jolithus f. Lapis violaceus. *Swenck foss.* 382.  
Lichen crustaceus, iridis odore, ruberrimus. *Hall. hist.* 2090.  
*Anglis*, red Byffus.  
Habitat in rupibus et saxis quartzosis, in umbrosis humidis. 4. I—XII.
- botryoides.* 16. BYSSUS pulverulenta viridis. *Sp. pl.* 1639. *Weis. crypt.* 15.  
Byffus botryoides saturate virens. *R. syn.* 56. *Dill. musc.* 3. *t.* 1. *f.* 5.  
Lichen crustaceus, verrucosus viridis. *Hall. hist.* 2089.  
*Anglis*, green Byffus.  
Habitat in cortice arborum, parietibus et terra humida et umbrosa. 4. I—XII.
- candelaris.* 17. BYSSUS pulverulenta flava, lignis adnascens. *R. syn.* 56. *Dill. musc.* 3. *t.* 1. *f.* 4. *Sp. pl.* 1639. *Weis. crypt.* 16.

Lichen

- Lichen crusta tenuissima flava. *Hall. hist.* 2096.  
*Anglis*, yellow Byffus.  
 Habitat in corticibus arborum et parietibus. ☉. IX—VI.
18. BYSSUS pulverulenta incana, farinæ instar strata. *incana*.  
*R. syn.* 56. *Dill. musc.* 3. t. 1. f. 3. *Sp. pl.* 1639.  
*Weis. crypt.* 16.  
 Lichen farinaceus mollis albicans, glebis difformibus.  
*Hall. hist.* 2094.  
*Anglis*, mealy Byffus.  
 Habitat in solo glareoso, ad latera fossularum, juxta vias  
 publicas. ☉. X—VI.
19. BYSSUS pulverulento-crustacea albissima. *Sp. pl. lactec.*  
 1693. *Weis. crypt.* 17.  
 Byffus candidissima calcis instar muscos vestiens. *Dill.*  
*musc.* 2. t. 1. f. 2.  
 Lichen farinaceus mollis albus glebulis sphaericis.  
*Hall. hist.* 2093.  
*Anglis*, white Byffus.  
 Habitat in muscis et ramulis ericæ in Cambria et boreali  
 parte Britanniae. 4. I—XII.  
 Obs. nimis affinis *L. corallino*.

F U N G I.

AGARICUS. 1209.

*Fungus* horizontalis, subtus lamellosus.

\* *Stipitati, pileo orbiculato.*

1. AGARICUS stipitatus, lamellis ramosis decurrenti-*Chanta-*  
*bus.* *Sp. pl.* 1639. *Schæff. fung.* t. 82. 206. *Fl. vellus.*  
*dan.* 264.

*Agaricus* luteus, pileolo turbinato, in margine angu-  
 loso laciniato, et varie contorto, lamellis crassis ve-  
 nosis, ramosis et crispis. *Gled. fung.* 103.

S f

Alecto-

*Alectorolophoides fulcis crispis.* *Battar. fung.* 39.  
t. 14.

*Fungus angulosus et velut in lacinias sectus.* *B. pin.*  
371. *Vaill. paris. t. 11. f. 9—15.*

*Fungus luteus f. pallidus, Chanterelle dictus se con-*  
*torquens esculentus.* *B. hist. III. 832. R. syn. 2.*

*Fungi lethales.* *Ger. em.* 1380.

*Anglis, chantarelle Agaric.*

*Habitat in sylvis et sepibus.* VIII—X.

*quinque-* 2. *AGARICUS stipitatus, pileo subflavescente partito,*  
*partitus.* *lamellis albidioribus interne dentato-connexis.* *Sp.*  
*pl.* 1640.

*Agaricus caulescens pileo cinereo quinquepartito, la-*  
*mellis albis.* *Fl. suec.* 1222.

*Anglis, lobed Agaric.*

*Habitat in pratis, pascuis et nemorosis.* IX. X.

*campe-* 3. *AGARICUS stipitatus, pileo convexo squamato al-*  
*stris.* *bido, lamellis rufis.* *Sp. pl.* 1641. *Schæff. fung.*  
*t.* 33.

*Amanita petiolo annulato, pileo campaniformi albido,*  
*lamellis roseis.* *Hall. hist.* 2443.

*Fungus pileolo lato et rotundo.* *B. pin.* 370. *Battar.*  
29. *t.* 7. *f.* A.

*Fungus campestris albus superne, inferne rubens.* *B.*  
*hist. III. 824. R. syn. 2. Mich. gen.* 174.

*Fungus esculentus.* *Park.* 1317.

*georgii.* β *Agaricus stipitatus pileo flavo convexo, lamellis albis.*  
*Sp. pl.* 1642.

*Amanita pileo flavo oris striatis et lanuginosis, lamellis*  
*albis.* *Hall. hist.* 2367.

*Fungus esculentus pileo et lamellis albis.* *R. syn.* 2.

*Fungus croceus magnus.* *Sterb. fung.* 63. *t.* 11. *f.* 3.

*Anglis, common Agaric or Mushroom.*

*Habitat in pratis et pascuis.* VIII—X.

*Obs. in β, succus luteus est.*

*integer.* 4. *AGARICUS stipitatus, pileo convexiusculo viscido*  
*purpureo, lamellis omnibus æqualibus albis.*

*Agaricus stipitatus, lamellis omnibus magnitudine*  
*æqualibus*

æqualibus. *Sp. pl.* 1640. *Schæf. fung. t.* 15, 16, 58, 75.

*Amanita* petiolo farto, pileolo convexo umbilicato, oris rugosis, lamellis crassis et albis. *Hall. hist.* 2373.

*Omphalomyces coccineus.* *Battar. fung.* 37. t. 15. f. E.

Fungus major rubescens, pediculo brevi crasso, lamellis crebris albescentibus. *R. syn.* 4.

*Anglis*, red Agaric.

Habitat in sylvis et nemorosis. VIII—X.

5. AGARICUS stipitatus, pileo convexiusculo viscido *luteus*, luteo, lamellis omnibus æqualibus flavis.

Fungus glutine flavo limacino resplendens. *Vaill. par.* 62?

*Anglis*, yellow Agaric.

Habitat in pratis et pascuis sub arboribus, et nemorosis. VIII—X.

Obs. *affinis præcedenti.*

6. AGARICUS stipitatus, pileo convexo-fuscescenti, *bulbosus*, lamellis cærulescentibus, stipite brevi basi bulboso violaceo.

*Agaricus cærulescens.* *Schæff. fung. t.* 34?

Fungus pileo magno orbiculari sublivido, lamellis albis, pediculo brevi bulbiformi violaceo. *R. syn.* 3.

*Anglis*, bulbous Agaric.

Habitat in pratis et pascuis sed rarius. Prope Newington. D. Dillenius. IX—XII.

7. AGARICUS stipitatus, pileo rimoso: margine vio-*violaceus*, laceo tomentoso, stipite cærulescente, lana ferruginea. *Sp. pl.* 1641. *Schæff. fung. t.* 3. 56.

*Amanita violaceus*, petiolo bulboso annulato, pileo plano. *Hall. hist.* 2455.

Fungus cæruleus major. *Buxb. cent. IV. t.* 9.

Fungus esculentus bulbosus dilute purpureus. *Mich. gen.* 149. t. 74. f. I.

Fungus major violaceus. *Vaill. paris.* 67.

*Anglis*, violet Agaric.

Habitat in sylvis et sepibus. VIII—XI.

- amethystinus.* 8. AGARICUS stipitatus, pileo subcampanulato lævi, lamellis stipiteque violaceis.  
 Amanita obscure violaceus, pileolo conico. *Hall. hist.* 2458 ?  
 Fungus minor amethystinus. *Vaill. paris.* 67.  
 Fungus parvus violaceus marmoreus perniciosus. *Sterb.* 72. t. 23.  
*Anglis*, amethyst Agaric.  
 Habitat in sylvis. VIII—X.
- muscarinus.* 9. AGARICUS stipitatus, lamellis dimidiatis solitariis, stipite volvato: apice dilatato, basi ovato. *Sp. pl.* 1640. *Schæff. t.* 27, 28.  
 Amanita petiolo annulato, pileo sanguineo, lamellis albis. *Hall. hist.* 2373.  
 Fungus, &c. *Mich. gen.* 187, 188. t. 78. f. 1, 2.  
 Fungi muscas interficientis III. species aut varietas. *B. pin.* 373.  
 Mell muscarum venenosum. *Sterb. fung.* 214. t. 22. f. A.  
*Anglis*, fly Agaric.  
 Habitat in sylvis et sepibus solo arenoso. VIII—X.
- procerus.* 10. AGARICUS stipitatus, pileo hemisphærico lacero-squamoso rufescente-cinereo, lamellis albis, stipite longo cylindrico acetabulo inserto.  
 Agaricus procerus. *Scop. carn.* 1465. *Schæff. fung.* t. 22, 23.  
 Amanita petiolo procero squamoso annulato, pileo conico squamoso subspadiceo, laminis albis. *Hall. hist.* 190. et nomencl. 2366\*.  
 Agaricus petiolo procero annulato, in acetabulum pilei inmisso, pileo squamoso et maculato, lamellis albis. *Hall. hist.* 2371.  
 Fungus major, pediculo longo, modice crasso, lamellis albis creberrimis, superne ad margines apparentibus. *R. syn.* 4 ?

Fungus



Fungus coronatus aut marmoreus. *Sterb. fung. 77.*  
*t. 7. f. A.*

*Anglis, tall Agaric.*

Habitat in sylvis et ad sepes. VIII—XI.

11. AGARICUS stipitatus, pileo convexo cinereo verrucoso, verrucis lamellisque albis, stipite basi bulboso. *Fl. angl. 494.*

Agaricus pustulatus. *Schæff. fung. t. 91.*

Agaricus maculatus. *Schæff. fung. t. 90.*

Amanita petiolo procero fistuloso annulato, pileolo plano striato verrucoso sordido, lamellis albis. *Hall. hist. 2397.*

Fungi albi venenati viscidi. *B. hist. III. 826. Sterb. fung. 206. t. 20. f. K. R. syn. 7.*

*Anglis, warty Agaric.*

Habitat in sylvis et sepibus. VIII—XI.

12. AGARICUS stipitatus, pileo planiusculo lacte-piperatus. scente margine deflexo, lamellis incarnato-pallidis. *Sp. pl. 1641. Schæff. fung. 83.*

Amanita umbilicatus albus, lacte acri manans. *Hall. hist. 2338.*

Fungus albus acris. *B. pin. 371.*

Fungus piperatus albus, lacteo succo turgens. *B. hist. III. 823. R. syn. 4. Mich. gen. 141.*

*Anglis, pepper Agaric.*

Habitat in sylvis et ad sepes. IX. X.

13. AGARICUS stipitatus pileo testaceo, succo luteo scente. *Sp. pl. 1641. Schæff. fung. t. 11.*

Agaricus pileolo hemisphærico in centro depresso et in margine fornicato, petiolo brevi et crasso. *Gled. fung. 101.*

Amanita fulvus, lacte croceo. *Hall. hist. 2419 δ.*

Omphalomyces acris lateritii coloris. *Battar. fung. 38. t. 16. f. H.*

*Anglis, orange Agaric.*

Habitat in sylvis; prope Guildford. VIII—X.

Obs. affinis præcedenti, differt colore fulvo et succo lutescente.

- lactifluus.* 14. AGARICUS stipitatus, pileo plano carneo lactescente, lamellis rufis, stipite longo carneo. *Sp. pl.* 1641. *Schæff. fung. t. 5.*  
 Agaricus rubescens. *Schæff. fung. t. 73?*  
 Fungus pileolo lato pumiceo lacteum et dulcem succum fundens. *B. pin. 371.*  
 Fungus lactescens piperatus rufus. *Vaill. paris. 61.*  
*Anglis, milky Agaric.*  
 Habitat in sylvis. IX. X.
- dulcis.* 15. AGARICUS stipitatus, pileo convexo albo lactescente, lamellis albidis, stipite longo albo.  
 Fungus lactescens non acris. *R. syn. 4.*  
*Anglis, mild Agaric.*  
 Habitat in sylvis. VII—X.
- viridis.* 16. AGARICUS stipitatus, pileo convexo viridi, lamellis albidis, stipite longo virescente.  
 Agaricus virens. *Scop. carn. 1570. Schæff. fung. t. 1.*  
 Amanita annulatus pileo convexo cæruleo-viridi lamellis roseo-cæruleis. *Hall. hist. 2444.*  
 Fungus esculentus, pileolo pulvinato viridi, inferne cum pediculo albo. *Mich. gen. 152.*  
 Fungus magnus viridis. *Sterb. fung. 67. t. 5. f. c.*  
*R. syn 4.*  
*Anglis, green Agaric.*  
 Habitat in sylvis. VIII—X.
- squamosus.* 17. AGARICUS stipitatus, pileo convexiusculo flavescente lacerato-squamoso, lamellis albidis crenatis, stipite brevi solido pallido. *Schæff. fung. t. 29, 30.*  
 Amanita pileo flavescente squamoso, lamellis terreis obscuris, annulo araneoso. *Hall. hist. 2412.*  
*Anglis, squamous Agaric.*  
 Habitat in lignis putrescentibus, præsertim salicis. VIII—X.
- viscidus.* 18. AGARICUS stipitatus pileo purpurascente-fusco viscido, lamellis fusco-purpurascentibus. *Sp. pl.* 1642.

Agaricus truncatus. *Schæff. fung. t. 251.*

Agaricus pileo convexo subrubro viscido, lamellis una cum bulboso nudo et pleno stipite albis. *Scop. carn. 1477.*

Amanita dura ex fusco-rubens quercina. *R. syn. 5.*

*Anglis, viscid Agaric.*

Habitat in nemorosis et sylvis. IX. X.

19. AGARICUS stipitatus, pileo convexo rufo, lamellis flavescentibus, stipite longo flavo. *cinnamo-*

Agaricus stipitatus, pileo sordide flavo, lamellis luteo-rufis. *Sp. pl. 1642. Fl. suec. 1205?*

Agaricus caulescens flavus, pileo plano. *Fl. lapp. 594.*

Agaricus croceus. *Schæff. fung. t. 4.*

*Anglis, brown Agaric.*

Habitat in sylvis passim. VIII—X.

20. AGARICUS stipitatus, pileo convexo luteo, lamellis virescentibus, stipite flavo. *fascicula-*

Agaricus lateritius. *Schæff. fung. t. 49.*

Amanita annulo araneoso, pileo flavo, lamellis ex flavo fuliginosis. *Hall. hist. 2482.*

Fungus major subluteus, lamellis luridis. *Buxb. cent. iv. t. 4?*

Fungus mediæ magnitudinis, pileolo superne e rufo flavicante, lamellis subtus sordide virentibus. *R. syn. 10.*

*Anglis, clustered Agaric.*

Habitat in lignis putrescentibus. VIII—X.

21. AGARICUS stipitatus, pileo convexo flavescente, lamellis testaceis, stipite flavo. *testaceus.*

Agaricus incurvus. *Schæff. fung. t. 65.*

Amanita leoninus annulo araneoso. *Hall. hist. 2431.*

*Anglis, testaceous Agaric.*

Habitat in lignis putrescentibus et ad radices arborum. VIII—X.

22. AGARICUS stipitatus, pileo hemisphærico fusco-flavescente, lamellis rufis, stipite longo tomentoso. *mutabilis.*

Agaricus mutabilis. *Scop. carn. 1515. Schæff. fung. t. 9.*

Fungus fasciculofus, pileo orbiculari lutescente, pediculo fusco tenerrime villoso, lamellis ex flavo candidantibus. *R. syn. 9.*

*Anglis, variable Agaric.*

Habitat in sylvis, sepibus, et lignis putrescentibus. VIII—X.

*lividus.* 23. AGARICUS stipitatus, pileo convexo livido, lamellis albidis, stipite longo albo.

Agaricus multiformis. *Schæff. fung. t. 14.*

Amanita orbicularis sublivida lamellis subfuscis, pilei oris leviter purpurascens. *R. syn. 5?*

*Anglis, livid Agaric.*

Habitat in sylvis et ad sepes. IX—V.

*equestris.* 24. AGARICUS stipitatus, pileo pallido: disco stellatim luteo, lamellis sulphureis. *Sp. pl. 1643.*

Agaricus tuberculofus. *Schæff. fung. t. 79?*

Fungus parvus galeriformam exprimens rufus. *R. syn. 7?*

Fungus vaccinus. *Sterb. fung. 210. t. 21. f. c.*

*Anglis, starry Agaric.*

Habitat in pascuis et nemorosis. IX. X.

*pratensis.* 25. AGARICUS stipitatus, pileo convexiusculo pallide lutescente lamellis stipiteque concoloribus.

Agaricus collinus. *Schæff. fung. t. 220?*

*Anglis, field Agaric, or Champignon.*

Habitat in pratis pascuis et ericetis. VIII—X.

*farinaceus.* 26. AGARICUS stipitatus, pileo convexiusculo purpurascens-fusco, lamellis convexis distantibus incarnatis pulverulentis, stipite longo.

Agaricus laccatus. *Scop. carn. 1530. Schæff. fung. t. 13.*

Amanita petiolo fistuloso lineato, pileo convexo flavo-rufus. *Hall. hist. 2436.*

Fungus multiplex sordide carneus. *Vaill. paris. 66?*

*Anglis, powdered Agaric.*

Habitat

Habitat in sylvis et nemorosis. VIII—X.

Desc. Stipes solitarius, longus, teretiussculus, subfistulosus, sordide carneus, Pileus uncialis, convexiusculus, lævis purpurascenti-fuscus ad margines frequentissime undulatus. Lamellæ convexæ, distantes, stipite liberæ, incarnatæ, pulverulentæ, pulvere albo.

27. AGARICUS stipitatus, pileo convexo, lamellis *dentatus*. basi mucrone dentatis. *Sp. pl.* 1640. *Schæf. fung.* t. 301, 302.

Agaricus caulescens, pileo flavo lævi margine inflexo, lamellis pallidioribus basi angulatis. *Fl. suec.* 1206. *Anglis*, toothed Agaric.

Habitat in ericetis, pascuis et nemorosis. IX. X.

28. AGARICUS stipitatus, pileo campanulato lacero *simetari-* lamellis nigris lateraliter flexuosis, stipite fistuloso. *us.* *Sp. pl.* 1643. *Fl. suec.* 1215.

Agaricus ovatus. *Scop. carn.* 1479. *Schæff. fung.* t. 7, 8.

Agaricus procellaneus. *Schæff. fung. t.* 46, 47.

Agaricus cinereus. *Schæf. fung. t.* 100.

Amanita albus campanulatus squamosus nigrescens. *Hall. hist.* 2357.

Fungus albus ovum referens. *R. syn.* 5. *Buxb. cent.* IV. t. 27. f. 1.

Hydrophori. *Battar. fung.* 53, 54. t. 26. f. A. B. C. *Anglis*, egg Agaric.

Habitat in simetis, ruderatis et pratis. IX. X.

29. AGARICUS stipitatus, pileo campaniformi albido *extincto-* lacero, lamellis niveis, stipite subbulboso subulato *rius.* nudo. *Sp. pl.* 1643.

Agaricus caulescens albus, pileo conico, stipite cylindraceo. *Fl. suec.* 1196.

*Anglis*, extinguisher Agaric.

Habitat in simetis et ruderatis. IX. X.

30. AGARICUS stipitatus, pileo campanulato cinereo *striatus.* striato glabro, lamellis griseis margine crispis, stipite fistuloso.

Agaricus

- Agaricus fugax. *Schæff. fung. t. 67, 68.*  
 Agaricus fuscescens. *Schæff. fung. t. 17.*  
 Agaricus rufocandidus. *Schæff. fung. t. 201.*  
 Agaricus margaritaceus. *Schæff. fung. t. 216.*  
 Amanita pileo ovato striato cinereo, anulo fugaci.  
*Hall. hist. 2479.*  
 Fungus multiplex ovatus cinereus. *Vaill. paris. 73.*  
*t. 12, f. 10, 11.*  
 Hydrophorus oris laceris alter. *Battar. 54. t. 27.*  
*f. G.*  
*Anglis, striated Agaric.*  
 Habitat in ruderatis et ad sepes. IX. X.

- campanu-* 31. AGARICUS stipitatus, pileo campanulato striato  
*latus.* pellucido, lamellis adscendentibus, stipite nudo.  
*Sp. pl. 1643.*  
 Agaricus plicatus, brunceus et pallescens. *Schæff.*  
*fung. t. 31, 22, et 211.*  
 Amanita albus, petiolo gracile prælongo, pileolo stri-  
 ato conico. *Hall. hist. 2345.*  
 Fungus minimus fimetarius pileo undique et utrinque  
 striato cinereo aut murino, pediculo lanuginoso et  
 fistuloso. *Mich. gen. 167. t. 75. f. 6.*  
 Fungus multiplex obtuse conicus, colore griseo mu-  
 rino. *Vaill. paris. 71. t. 12. f. 12.*  
 Fungus parvus, pediculo oblongo firmo lento, pileolo  
 in medio fastigiato, striis exterius apparentibus.  
*R. syn. 8.*  
 Amanita petiolo procero gracilissimo, pileolo conico  
 striato murino inferne albo. *Hall. hist. 2391.*  
 Amanita parva verna utrinque striata fusca, pileo ob-  
 tuse coniformi. *Dill. giss. 184. R. syn. 8.*  
*Anglis, bell Agaric.*  
 Habitat in pratis, pascuis et sylvis. VIII—X.

- separatus.* 32. AGARICUS stipitatus, pileo lævi livido, lamellis  
 nigricantibus separatis, stipite bulboso volvato. *Sp.*  
*pl. 1643. Fl. suec. 1220.*  
 Agaricus candicans. *Schæff. fung. t. 217?*  
*Anglis, separated Agaric.*  
 Habitat in pratis et pascuis. IX. X.

33. AGARICUS stipitatus, pileo hemisphærico livido-flavescente, lamellis adnatis atro-griseis, stipite longissimo nudo livido. *adnatus.*

Agaricus helvolus. *Schæff. fung. 210.*

Fungus parvus pediculo oblongo pileolo hemisphærico, ex albido subluteus. *R. syn. 7.*

*Anglis, long-stalked Agaric.*

Habitat in pratis et pascuis e fimo bubulo. IX. X.

34. AGARICUS stipitatus, pileo convexo acuto griseo, lamellis convexis griseis crenatis, stipite nudo. *mammo-*  
*sus.*

Fungus minor capitulo pileum nauticum referente, pediculo longiore. *Buxb. cent. IV. 13. t. 21. f. 1.*

*Anglis, crenated Agaric.*

Habitat in sylvis et nemorosis. VIII—XII.

35. AGARICUS stipitatus, pileo hemisphærico viscido acuminato, lamellis albis, stipite longo cylindrico albo. *clypeatus.*  
*Schæff. fung. t. 52. f. 7, 8, 9.*

Amanita radice caudata, petiolo fistuloso procero, pileo umbonato striato cinereo, lamellis albis. *Hall. hist. 2388.*

Fungus clypeatus in medio protuberans. *Vaill. paris. 68.*

*Anglis, shield Agaric.*

Habitat in sylvis, nemorosis et lignis putrescentibus. IX. X.

36. AGARICUS stipitatus, pileo campanulato obtuso fusco-flavescente, lamellis atro-griseis, stipite fistuloso griseo villoso. *aquosus.*

Agaricus truncorum. *Scop. carn. 1480. Schæff. fung. t. 6.*

Fungus multiplex campaniformis colore fusco. *Vaill. paris. 73. t. 12. f. 5, 6.*

Fungus parvus lethalis galericulatus. *Lob. ic. 272. R. syn. 7.*

Fungus parvus galericulatus alter flavus. *B. pin. 373. Anglis, watery Agaric.*

Habitat in lignis putridis humidis. VIII—X.

37. AGARI-

- conicus.* 37. AGARICUS stipitatus, pileo campanulato acuto striato livido nitido, lamellis albis, stipite fistuloso cinereo.  
 Agaricus galericulatus. *Scop. carn.* 1564. *Schæff. fung. t.* 52.  
 Amanita pileolo conico spadiceo, lamellis albis. *Hall. hist.* 2393.  
 Fungus multiplex campaniformis, colore castaneo. *Vaill. paris.* 73. *t.* 12. *f.* 3, 4.  
*Anglis,* cone Agaric.  
 Habitat in lignis putrescentibus. IX. X.
- *fuliginosus.* 38. AGARICUS stipitatus, pileo hemisphærico cinereo striato, lamellis griseis pulverulentis, stipite fistuloso griseo. *Schæff. fung. t.* 6. *f.* 2?  
 Bulla campaniformis utrinque sulcata. *Battar. fung.* 56. *t.* 27. *f.* E?  
 Fungus minor tenerrimus farina respersus, pileolo superne cinereo, lamellis subtus tenuissimis creberrimis nigris. *R. syn.* 9?  
 Fungi minores plurimi simul nascentes turbinati, exterius cinerei aut subfulvi, striis nigricantibus. *R. syn.* 10.  
*Anglis,* sooty Agaric.  
 Habitat in pratis et pascuis ad sepes. IX. X.
- candidus.* 39. AGARICUS stipitatus, pileo hemisphærico, lamellis stipiteque albis.  
 Amanita albus, pileo hemisphærico excarni, oris striatis. *Hall. hist.* 2348.  
 Fungi plures juxta se nascentes, parvi turbinati candidi ubivis coloris. *R. syn.* 10. *t.* 1. *f.* 2. *a a.*  
 Fungus minimus albus, pileo hemisphærico in arborum caudicibus. *Mich. gen.* 146. *t.* 74. *f.* 7.  
*Anglis,* white Agaric.  
 Habitat in sylvis, ramis arborum dejectis putridis. VIII—X.
- fragilis.* 40. AGARICUS stipitatus, pileo convexo viscido pelucido, lamellisque luteis, stipite nudo. *Sp. pl.* 1643. *Schæff. fung. t.* 230.

Amanita



*Amanita flavo-cinnamomeus viscidus striatus papillatus.* *Hall. hist.* 2425.

Fungus pediculo croceo splendoris particeps. *Vaill. paris.* 69. t. II. f. 16, 17, 18.

Fungus pratensis minor externe viscidus, striis subtus fulvis seu croceis. *R. syn.* 8?

*Anglis*, brittle Agaric.

Habitat in sylvis et sepibus inter dejecta folia et muscos. VIII—XI.

41. AGARICUS stipitatus, pileo plano plicato pellucido lamellisque lividis brevissimis, stipite longissimo griseo nudo. *tenellus.*

Fungus capillaceus, capitulo rorido, nigro punctulo in summitate notato. *Pluk. ph. t.* 116. f. 7. *R. syn.* 13.

*Anglis*, tender Agaric.

Habitat in pratis et pascuis, in stercore equino. IX—X.

42. AGARICUS stipitatus, pileo plicato membranaceo, umbelliformis lamellis basi latioribus. *Sp. pl.* 1643. *Fl. suec.* 1192. *ferus.* *Scop. carn.* 1571.

*Amanita albus tener* pileolo campanulato striato. *Hall. hist.* 2346.

Fungus minimus totus albus, pileo hemisphærico, utrinque striato lamellis rarioribus. *Mich. gen.* 166. t. 80. f. 11.

Fungus parvus candidissimus lamellatus, pediculo longo gracili. *R. syn.* 9.

*Anglis*, umbrella Agaric.

Habitat in sylvis inter folia dejecta semiputrida. IX—XII.

43. AGARICUS stipitatus, pileo planiusculo margine plicato luteo-rufo, lamellis pallidioribus, stipite longo rufo. *plicatus.*

Agaricus alliatus. *Schæff. fung. t.* 99?

*Anglis*, plicated Agaric.

Habitat in sylvis et sepibus. IX. X.

44. AGARICUS stipitatus albus, pileo plicato membranaceo, *androsacens.*

branaceo, stipite nigro. *Sp. pl.* 1644. *Fl. suec.* 1193. *Schæff. fung.* 239.

*Amanita* petiolo nigro, pileolo albo striato ex carni:  
*Hall. hist.* 2351.

Fungus caule nigro capillari androsaces capitulo. *Bocc. mus.* 143. t. 104.

Fungus pileo candicante lamellis paucis, pediculo fusco splendente. *Vaill. paris.* 69. t. 11. f. 21, 22, 23.

Fungus minimus adianti aurei capitulis. *R. syn.* 9.  
*Anglis*, black-stalked Agaric.

Habitat in foliis et ramulis dejectis putrescentibus. VIII—XII.

*clavus.*

45. AGARICUS stipitatus, pileo luteo convexo striato, lamellis stipiteque albis. *Sp. pl.* 1644. *Fl. suec.* 1212.

*Agaricus acicula.* *Schæff. fung.* t. 222.

*Amanita minimus*, oris adtractis flavus, lamellis albis.  
*Hall. hist.* 2370.

Fungus minimus aurantius mammillaris. *Vaill. paris.* 76. t. 11. f. 19, 20.

Fungus minimus, capitulo conico, rufescens, lamellis subtus paucis. *R. syn.* 9?

*Anglis*, dwarf Agaric.

Habitat in sylvis et sepibus. IX—III.

*pilosus.*

46. AGARICUS stipitatus, pileo convexo albo piloso, pilis rubris, stipite longo.

*Anglis*, hairy Agaric.

Habitat in sylvis, in foliis putrescentibus, præcipue illicis. IX—XI.

Desc. Stipes fere uncialis, filiformis, albidus aut rufus, aut rubescens, ad basin subpilosus. Pileus magnitudine seminis cannabis, convexus, fere hemisphæricus, albus, pilosus; pilis erectis, rigidiusculis rubris; Lamellæ albidæ.

\*\* Parasitici, subacaulis, dimidiati.

*quercinus.*

47. AGARICUS acaulis, lamellis labyrinthiformibus. *Sp. pl.* 1644. *Schæff. fung.* 57.

Agaricus

Agaricus quercinus lamellatus coriaceus villosus. *Dill. giss.* 191. *R. syn.* 25.

Agaricus de St. Clou. *Vaill. paris.* 3. t. 1. f. 1, 2.

Agaricus dædalæis finibus excavatus. *Battar.* 72. t. 38. f. A.

Amanita sessilis durissimus; lamellis cartilagineis imbricatis. *Hall. hist.* 2330.

*Anglis*, oak Agaric.

Habitat in truncis arborum præsertim quercuum.  $\mu$ . I—XII.

48. AGARICUS acaulis coriaceus, lamellis simplici-*pectinata-*  
bus sinuatis. *Fl. angl.* 495. *tus.*

Agaricus coriaceus longissimus, pectinatim inferne  
divisus. *R. syn.* 25. f. 5.

*Anglis*, pectinated Agaric.

Habitat in lignis et truncis arborum putrescentibus.  $\mu$ . I—XII.

49. AGARICUS acaulis coriaceus villosus: margine *betulinus.*  
obtus, lamellis ramosis anastomosantibus. *Sp. pl.*  
1645. *Fl. suec.* 1244.

Agaricus hirsutus. *Schæff. fung. t.* 76?

Agaricus villosus, lamellis sinuosis et invicem im-  
plexis. *Dill. giss.* 192. *R. syn.* 24.

Agaricus hirsutus nigricans, lamellis luteis. *Buxb.*  
*cent. V. t.* 6?

Amanita sessilis hirsutus fulvus, lamellis concoloribus.  
*Hall. hist.* 2331?

*Anglis*, birch Agaric.

Habitat in truncis arborum.  $\mu$ . I—XII.

50. AGARICUS acaulis lamellis bifidis pulverulentis. *alneus.*  
*Sp. pl.* 1645. *Fl. suec.* 1242. *Schæff. fung. t.* 246.

Agaricus imbricatus hirsutus, lamellis violaceis. *Buxb.*  
*cent. V. t.* 7. f. 1.

Agaricus lamellatus cinereus. *Battar. fung.* 73. t.  
38. f. c, D.

Agaricus lamellatus pectunculi forma major. *Dill.*  
*giss.* 192.

## CRYPTOGAMIA FUNGI.

*Amanita seffilis*, lamellis pulverulentis bifidis. *Hall. hist.* 2333.

Fungus arboreus albus durus, lamellis instar lapidis hæmatitis. *R. syn.* 25.

*Anglis*, alder Agaric.

Habitat in truncis arborum. 4. I—XII.

*lateralis.* 51. AGARICUS substipitatus, pileo albido lævi, lamellis subsimplicibus pallidis, stipite laterali.

Agaricus semipetiolatus. *Schæff. fung. t.* 208?

Agaricus parvus lamellatus pectunculi forma elegans. *Dill. gifs.* 192. *R. Syn.* 25.

Agaricum squamosum rufescens, pediculo donatum, subtus lamellis densis. *Mich. gen.* 123. *t.* 65. *f.* 7?

*Amanita semipetiolatus albidus*, subtus terreus. *Hall. hist.* 2337.

Fungus parvus, lamellatus, pectunculi forma, alno adnascens. *Vaill. paris.* 70. *t.* 10. *f.* 1, 2.

*Anglis*, lateral Agaric.

